Chau. Du Bosc Sculp.

Rome C. Vyse Aldin.

65/955

N
E
H
5037

# GABRIELIS FAERNI CREMONENSIS FABULÆ CENTUM.

Ex ANTIQUIS AUCTORIBUS delectæ,
Carminibus explicatæ, noviſque ære inciſis Iconibus adornatæ.

Quid acceſſerit præterea patet ex Indice EDITORIS LONDINENSIS Præfationi ſubjecto.

EDITIO NOVA.

*LONDINI:*
Apud GUILL. DARRES, & CLAUDE DU BOSC. MDCCXLIII.

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

# CENT FABLES

CHOISIES DES

# ANCIENS AUTEURS,

Mises en Vers Latins

## Par *GABRIEL FAERNE*,

Et traduites par

Mr. *PERRAULT*, de l'Academie Françoise.

Avec de nouvelles Figures en Taille-douce.

NOUVELLE EDITION.

*A LONDRES:*

Che GUILL. DARRES, & CLAUDE DU BOSC. MDCCXLIII.

# NOUVELLE EDITION

# DU CABINET ENCYCLOPÉDIQUE

## ANCIENS VALÉNUS

CHOISIES DES

# CENT ÉVANGILES

# PRÆFATIO
## EDITORIS LONDINENSIS.

GABRIELIS FAERNI Fabulas laudare, aut ipſius Famam celebrare hic plane ſupervacaneum duximus, cum id abundè jam & elegantiſſimè præſtitum fuerit ab illuſtribus doctiſque Viris, quorum vel Præfationes vel Teſtimonia hiſce Fabulis præfixa Lectori ob oculos ſiſtuntur. In quantam autem apud omnes exiſtimationem hæ Fabulæ venerint, teſtantur tum variæ Editiones quæ Latinè prodierunt Romæ, Coloniæ Agrippinæ, Antuerpiæ, & Bruxellæ, tum Verſiones, Gallica nempe atque Anglica; quarum illa jam ſæpius ſub Prelo ſudavit, hæc quæ nuper in lucem prodiit magna cum voluptate a Britannis perlegitur. Reſtat ergo ut de hac novâ Editione Lectorem paucis moneamus.

FAERNI Fabulis Gallicam D^ni^ Perraulti Poëticam Verſionem ſubjunximus ut Tirones, qui Latinæ Linguæ diſcendæ operam impendunt, hoc aminiculo facilius Auctoris mentem adſequantur. Oculorum autem æque ac animi oblectationi conſulentes elegantem cuique Fabulæ Imaginem

ex

ex Ære excuſam, Fabulæque Argumentum exhibentem præfigi curavimus.

Ne vero hæc nova Editio ultimæ quæ Patavii A.MDCCXVIII * publicata fuit, & quam ut accuratiſſimam ſecuti ſumus, aliquâ in re cederet, omnibus, quæ Pativinus Editor huic Operi ſubjunxit, noſtram quoque Editionem ornavimus: Gallicè autem ea vertere prorſus inutile judicavimus, quum doctioribus duntaxat deſtinata ſint, Latinæ autem Linguæ ignaris parum voluptatis adferre poſſint.

Curavimus cæterum ut omnia nitidè, eleganter & accuratè typis exprimerentur; at ſi σφάλματα quædam oculos errantes, aut animum minus attentum fugerint, ea Lectorem indulgentem facile emendatarum ſperamus.

Quæ hoc volumine contineantur indicat ſequens pagina.

* Miror nullum hujus Editionis mentionem feciſſe Doctiſſimum P. Niceron, cum plures alias multò minus elegantes enumeraverit: ſuſpicor hanc illi ignotam fuiſſe, licet quindecim duntaxat annis, antequam Volumen, in quo Faerni vitam conſcripſit, publicatum fuerit, in lucem prodierit. *Vide* Niceron, Homm. Illuſtr. *Tom.* xxiii. *pag.* 376.

# INDEX.


JO. *Ant. Vulpii Fortunato Mauroceno* Epiſcopo Tarviſino Epiſtola.
Ejuſdem Præfatio ad Lectorem.
*Silvii Antoniani* Præfatio in Fabulas *G. Faerni*, ad *Carolum Borromæum* S. R. E. Cardinalem.
Selecta doctorum Virorum de *G. Faerno* Teſtimonia.
*G. Faerni* centum Fabulæ ;
Index Fabularum

*Quibus ſubjunguntur*,

*G. Faerni* Carmina, ſcilicet
1. In *Lutheranos*, Sectam Germanicam. p. 3.
2. Ad *Homobonum Offredum* Medicum Cremonenſem 5
3. In Maledicum 6
4. Subſcriptum Simulacro *Pyrrhi* Epirotarum Regis 7
5. *Hannibal* in Tabella 8
6. De *Scipionis* Majoris imagine ibid
7. Epitaphium *Caſtruccii Caſtracanis* 9
8 De *Joanne Vitellio Cornetano*, Patriarcha & Cardinali 9
9 In imaginem *Tamerlanis*, *Scytarum* Imperatoris 10
10 De *Georgio Caſtriota Scanderbecho*, Epiri Principe 11
11 De *Alfonſo Ferrariæ* Principe ibid
12 Epitaphium *Franciſci Sfortiæ* II Mediolanenſium Principis 12
13 In funere *Alfonſi Davali Vaſtii* ibid
*G. Faerni* Cremonenſis Opuſcula quædam : item Epiſtolæ Clarorum virorum ad ipſum pertinentes.

*Videlicet.*

*Vincentii Luchini*, Typographi Romani Præfatio in Editionem Philippicarum Ciceronis a *Gabriele Faerno* emendatarum 15
*G. Faerni* Epiſtola in Philippicas Ciceronis opera ſua emendatas 17
*Petri Victorii* Epiſtola in P. Terentium a *G. Faerno* caſtigatum 26
*Silvii Antoniani* Epiſtola ejuſdem fere Argumenti 26
*G. Faerni* Liber de Verſibus Comicis 30
*Dominici Lazarini de Muro*, Græcarum, Latinarumque Literarum in Patavino Gymnaſio Doctoris, Epiſtola ad *Jo. Ant. Vulpium* 36
*Lettera di* Gabriello Faerno *huomo Dottiſſimo a* N. N. *nella quale ſi contiene la Cenſura delle emendazioni di* Carlo Sigonio *ſopra* Tito Livio 38

# INDEX

# GABRIELIS
# FAERNI
## CREMONENSIS
## *CARMINA NONNULLA*

Ex Jo. Matthaei Toſcani, & Jani Gruteri poëmatum collectionibus ;

*nec non ex libris Elogiorum Paulli Jovii.*

# GABRIELIS FAERNI

## CARMINA.

### I.

*In Lutheranos, ſectam Germanicam.*

BATAVE Apollo, voſque Saxonum Muſae,
Quae montibuſque ſaltibuſque Germanis
Raucos cietis barbaro ore concentus:
In veſtra me vireta, & avias rupes
Deducite, Deae: ſinite, quaeſo, ut adſcribar
Illi beato, & undecumque felici
Germanicorum coetui poëtarum,
Qui nullam aquam Aoniam ebibere, ſed multo
Venas hiantes quum mero repleverunt,
Tunc ructuoſo pectore abditos ſenſus
Vomunt, poëticamque crapulam exhalant.
Lauros, & hederas, buxeumque pallorem
Illis relinquunt, quos labori, & aerumnae
Studium parandae aeternitatis addixit.
Ipſi aeſtuoſam pampinis coronati
Frontem atque multo tempora uda ſudore
Inter cachinnos, quos Lyaeus excivit,
Crebroſque cyathos pingue carmen eructant.
Laeta omnia illic: annuo recurrentum
Jejuniorum ubique more ſublato,
Et triſtium obſervatione menſarum,



Potatur,

Potatur, eſtur quidquid attulit lauti
Conviviorum delicata libertas.
Id omne porro evomitur: additur rurſus
Quod rurſus evomatur: ut novis porro
Ingurgitationibus locus detur.
Ceſſere totis ceremoniae templis,
Rituſque vani, & ſanctimoniae triſtes:
Clauſtriſque fractis aedium ſacratarum,
Ubi ſterile aevum caſtitate traducens
Peccata populi ignava turba mandebat,
Hinc virgines ſacrae, inde caelibem vitam
Mares profeſſi, rupto inutili voto,
Grata invicem connubia, & toros jungunt.
Immanis ille terror inferûm ceſſit,
Et ignium voraciumque flammarum,
Quae morte functos expiare dicuntur.
Jam ſcrupuloſam poenitentiae legem,
Sua quemque vitia quae jubebat humanas
Vulgare in aures, publice abrogaverunt.
Bene ac beate vitam agunt: nihil peccant,
Fato feruntur: ſi quid accidit noxae,
Fato imputatur: lege vivitur nulla;
Per otium, per gaudia, & voluptates
Coelum paratur, anxia illa tolluntur
Opera atque merita, quoſque vulgus inſanum
Subit labores, ut ſuprema poſt fata
Superûm beato perfruatur obtutu,
Tamquam illa ſumma ſempiternaque arcana,
Et praemium felicitatis aeternae
Quiſquam aſſequi labore poſſit humano.

## II.

### *Ad Homobonum Offredum, Medicum Cremonenſem.*

QUUM tua torqueret gravis inteſtina lapillus,
Egeſtae ſalſus qua fluit humor aquae,
Obſtructamque viam & clauſos urina meatus
Ureret, & vetitum crebra cieret iter:
Ipſe autem tanto victus fremeres mugitu
Quum tibi veſanus ſolveret ora dolor,
Quantum nec Siculi gemuerunt ſaeva juvenci
Aera, repertorem condere juſſa ſuum:
Jamque tibi extremum properarent rumpere filum
Fata, & vitalem praecipitare colum:
Redditus es nobis mediis e faucibus Orci,
Offrede, artificis dexteritate manus,
Quae tua Paeonio penetrans in viſcera ferro,
Immite extraxit letiferumque malum;
Quod nulla remedi vi, nulla quiverat arte
Leniri, nullo ſiſtier auxilio.
Nam quae non tentata tibi praecepta medentum?
Ars tua inexpertae quidve reliquit opis?
Nil herbae, nil ſaxa tamen juvere, ſacerve
Sulphureae epotus profuit amnis aquae.
Combuſtumve vitrum, aut multo lepus aridus igni,
Aut verſus tenuem ſcorpius in cinerem.
Calculus aut utero quem ſpongia continet udo:
Quique Palaeſtino mittitur orbe lapis.
Hircinuſve cruor, ſterilive infame veneno
Aſplenum, & vili reptile gramen humo.
Aut alvi durae aſparagus lenitor, & inter
Saxea radices litora batis agens.

Aut hydris inviſa adiantus, quodque trahendis
Struthion urinis utile virus habet:
Quaeque alia huic peſti medicamina publicus uſus
Admovet, inventum quaeque fuere tuum.
Dum medicinam omnem evolvis, dum cura tui te
Naturae medicas vertere cogit opes:
Acribus illa modo, modo lenibus uſa medelis,
Nunc mediis, ſiqua vinceret arte malum.
Indomiti ſed jam vis morbi, effrenaque peſtis
Viciſſet, jam tu flebilis umbra fores,
Ni, ſuperis certe ſuperis monſtrantibus ipſis,
Docta ſalutiferam dextra tuliſſet opem,
Quae tua Paeonio penetrans in viſcera ferro
Immite extraxit letiferumque malum.

## III.

### *In Maledicum.*

IMPURA lingua, quae venenis illita,
Imbuta felle noxio,
Graves ſuſurros ſpargis, & ſermonibus
Amara miſces toxica:
Conviciorum quis tuorum umquam modus,
Quis terminus probris erit?
Quae finis impudentibus calumniis?
Quibus impium virus vomis
In omnium aures: inclytamque principum,
Sceleſta, famam vellicas.
Jam nulla legum te refrenant vincula:
Nulli coërcent obices
Timoris, aut pudoris, aut aequi & boni:
Quae cuncta pro nihilo putas:

Homines Deoſque ſpernis, & fas, ac nefas
Eodem habes in ordine.
Quid imprecer virtutibus dignum tuis,
O vipera omni ſaevior?
Niſi ut cruenta ſecta carnificis manu,
Tetrumque fundens ſanguinem,
Miſtum veneno, & ultima edens ſibila,
Humi ſupremum palpites.

## IV.

*Subſcriptum ſimulacro Pyrrhi Epirotarum Regis.*

EPIRUS mihi parva quidem, ſed Martia tellus,
Et patria, & regnum, & generoſae bellica menti
Materies fuit. Aeacides mihi ſanguinis auctor:
Et mea cognatum virtus expreſſit Achillem.
Ipſe ego praeſcripto docui munimine valli
Metari caſtra, & tutos ad bella receptus.
Romula me pubes certamine fuſa cruento
Italicae experta eſt ſub moenibus Heracleae.
Quo terrore truces animos atque aſpera corda
Fregiſſem Aeneadum, & ſtatuiſſem foedera victis,
Ni pacem infamem, Caeci ſententia diſcors
Diſſuaſiſſet, & ad lituos atque arma vocaſſet.
Sic ego re infecta Italo de litore ceſſi,
Quo me ſors gravis atque immitia fata trahebant,
Ad clarum nece noſtra Argos, ubi ſaeva cientem
Praelia ab excelſis ultrix me tegula tectis
(Indignum) dextra dejecta afflixit anili.

## V.

## V.

### *Hannibal in tabella.*

FERUS ille, dominae terror Urbis & pavor,
Clariſſimorum peſtis & ſtrages Ducum,
Procella Italici vaſtitaſque nominis,
Delineatus hac tabella eſt Hannibal;
Quem & ipſa quondam (o teſtimonium grave!)
Statuarum honore Romula Urbs impertiit.
Quantum ille meritus eſt apud Poenos ſuos?
Qui in hoſtium urbe, ipſo, inquam, in hoſtili foro,
Virtutis ergo, marmore effictus ſtetit.

## VI.

### *De Scipionis Majoris imagine.*

POENORUM clades, domitor Carthaginis altae,
Aſdrubalis magni victor, & Hannibalis:
Depictum cujus veteri de marmore vultum
In claris Jovius fixit imaginibus:
Quam te, magnanime Heroum, tuaque iſta verenda
Ora, ſacramque libens conſpicor effigiem!
Eminet in parva majeſtas quanta tabella!
Quantum conſpicui floret honos capitis!
Apparet laeto gravitas conjuncta decori,
Et datur excelſi cernere ſenſum animi.
Conſpiciare diu, & vim ſpernere temporis aude,
Divini ſpecies imperioſa viri.

VII.

## VII

### *Epitaphium Caſtruccii Caſtracanis.*

QUI jam obſoletam bellicae artis gloriam
Caſtruccius Lucenſium Dux, Italis
Reſtituit, & pro factione Caeſarum
Etruriam quatefecit armorum ſono:
Nunc hic quieſcit parvus e tanto Duce
Pulvis ciniſque, & nudula umbra mortui.

## VIII.

### *De Joanne Vitellio Cornetano, Patriarcha, & Cardinali.*

QUIS tua facta potis, laudeſque aequare canendo,
Purpuream ſuccincte togam, generoſe Vitelli?
Majeſtas tibi Romani Paſtoris, honorque
Debet, & antiquum tibi diſciplina vigorem
Acceptum ſervata refert, tu ſontibus aequa
Supplicia & meritas tribuis, juſtiſſime, poenas.
Diſperſos tu ſilvarum per luſtra latrones,
Non ſecus ac venator apros, indagine cingis.
Tu diros Latio dominos, tu triſte repellis
Servitium, ſaevoſque ſua quemque urbe tyrannos
Exigis, & juſta populos ditione coërces.
Infandae plebis tu ſeditione fugatum
Pontificem ſacrum, juſtis ulciſceris armis;
Stringis & horrendas in noxia colla ſecures.
Salve, Purpurei decus, & tutela Senatus,
Priſcarum virtutum imitator, & aemule laudum;

Imperio quod ſervaras digniſſime, ni te
Praepropera ambitio tentaſſet inanibus auris,
Jactaſſetque avidam tranſverſo turbine mentem.

## IX.

*In imaginem Tamerlanis, Scytharum Imperatoris.*

ILLE novus Xerxes, Orientis victor, & ingens,
Quacunque permearet, horror gentium,
Complevit totos Scythico qui milite campos,
Hoc ſe ferebat ore trux Tamerlanes:
Cujus in adventum tutae altis moenibus urbes,
Ipſumque terrae contremiſcebat ſolum;
Ipſi adeo montes, ipſae per devia valles
Vim Barbarorum non ferebant agminum.
Quare ab Caucaſeis Aſiam convallibus omnem
Ad uſque Nili flumina armis ſubdidit;
Euphratem, & Tigrim, & rapidum tranavit Orontem,
Vi, vaſtitate, caede cuncta proterens.
Utque olim, foeda quum tempeſtate coorta
Erumpit atra nube fulmen igneum:
Obvia quaeque cadens perrumpit, & alta ſonanti
Templa atque ſolidas ſtrage turres disjicit.
Subſidit vaſto tellus labefacta fragori,
Humiliſque mentes ſternit humanas pavor:
Haud ſecus ille viam ferro molitus, & igni,
Evertit arces, oppida aequavit ſolo.
Regem Aſiae horribili captum impete Bajazetem
Caveaque clauſum ferrea circumtulit.
Haec agitantem illum, & ſpirantem immania juſſa,
Quae cunctus undique orbis expaveſceret,

Exiguo caecae domitum molimine febris,
Fatalis uno ſolvit hora triduo.
Deque tot inſanis opibus, de tot modo regnis
Reliqua una parvo gleba texit pulvere.

## X.

### *De Georgio Caſtrioto Scanderbecho, Epiri Principe.*

TURCARUM clades, Othomanni nominis horror,
Epiri tutela, illo jacuere ſepulcro,
Quo quondam invicti cubuerunt oſſa Georgi.
Nunc & membra viri, & diſſectum in fruſta ſepulcrum
Interiit: ſparſi manes, conciſa vagantur
Oſſa, nec in gelida nunc ſaltem morte quieſcunt.
Namque ut is aſſertum toties cum laude paternum
Imperium, exacta moriens aetate reliquit,
Ilicet immanes tenuerunt omnia Turcae.
Tum clari Herois venerati nobile buſtum,
Oſſaque, marmoraque invictum condentia corpus
Abſtulerunt ſibi quiſque in partes ſecta minutas,
Tamquam iis bellica vis, & Martius ardor ineſſet,
Et genium praeſtare bonum, ſortemque valerent.
Sic quae aliis tumulum virtus parat, abſtulit illi,
Atque eadem diro venerandum praebuit hoſti.

## XI.

### *De Alfonſo, Ferrariae Principe.*

CLEMENTEM poſtquam Medicem, cui tempora nuper
Tiara cingebat triplex,
Exſtinctum Alfonſus Dux audiit, ilicet acri
Correptus aegritudine

Illius mortem eſt properata morte ſecutus,
Funuſque junxit funere.
Prae luctu periiſſe inquis, nimioque dolore?
Immo id quidem prae gaudio.

## XII.

*Epitaphium Franciſci Sfortiae II. Mediolanenſium Principis.*

FRANCISCUS hic ſitus ſecundus Sfortia eſt,
Inſubrium Dux, cujus imperium atque opes,
Nunc aſperis, nunc proſperis eventibus
Fortuna forſque multiplex exercuit.
Atque ille nunc civilibus, nunc exteris
Petitus armis, Gallicique, & Baeticis,
Mediuſque Reges inter adverſarios,
Suprema ad uſque fata regnum patrium
Servavit; & prudentia fretus ſua
Armis vim apertam fregit, atque aſtu dolos.
Nunc hic quieſcit parvus e tanto Duce
Pulvis ciniſque, & nudula umbra mortui.

## XIII.

*In funere Alfonſi Davali Vaſtii.*

DESTITUTI flete cives magnum Vaſti Principem,
Deplorate raptum vobis praeſidem juſtiſſimum,
Luctuoſa triſte funus proſequentes naenia.
Ille veſtrae ſemper auxit civitatis commoda;
Ille jus, & aequitatem conſervavit publicam;
Inque ſaevis ſaepe bellis ſoſpitem urbem praeſtitit.
Quare moeſti flete cives magnum Vaſti Principem,
Deplorate raptum vobis praeſidem juſtiſſimum,
Luctuoſa triſte funus proſequentes naenia.

# GABRIELIS FAERNI CREMONENSIS *OPUSCULA QUAEDAM*

Item Epiſtolae Clarorum Virorum

*ad ipſum pertinentes.*

# VINCENTII LUCHINI,

Typographi Romani, Praefatio in Editionem Philippicarum Ciceronis,

A

## GABRIELE FAERNO

*emendatarum.*

---

## CAROLO BORROMAEO

### S. R. E. DIACONO

### CARDINALI AMPLISSIMO

*Vincentius Luchinus S. D.*

GABRIEL FAERNUS, *vir ſumma vitae innocentia praeditus; ut tu, Cardinalis Illuſtriſſime, optime noſti; quum omni liberali doctrina praeſtitit, tum praecipue in corrigendis antiquorum libris, omnium doctorum conſenſu ſingularem laudem tulit. Nam praeter accuratam illam diligentiam, animique attentionem, quam in pervolvendis, conferendiſque inter ſe manuſcriptis exemplaribus, adhibere ſolitus eſt; erat in eo natura quaedam excellens, & paene divina, ita ut ſaepiſſime praeclarorum Scriptorum locos, aut Librarii negligentia, aut longa vetuſtate corruptos, acri quodam judicio, & admirabili ingenii acie emendaret, veramque & germanam lectionem reſtitueret. Etenim perſaepe accidit, ut quae ipſe conjectura tantum uſus immutaverat, paullo poſt antiquiſſimi alicujus Codicis teſtimonio comprobaret. Quum itaque ad hoc potiſſimum natus eſſe videretur, nullaeque eum voluptates a literarum ſtudiis abſtraherent, otium vero abunde illi tribueret* PII IV. PONT. MAXIMI, *Avunculi tui, liberalitas, in cujus fidem & clientelam, quum adhuc Cardinalis eſſet, ſe totum tradiderat; quam plurimos Latinae linguae Auctores, multis mendis inquinatos, magna cum cura, & labore expurgavit, quorum volumina ipſius manu emendata, nunc apud te ſunt, qui illa, tamquam theſaurum quoddam, jure optimo magni aeſtimas. Ceterum quum ea eſſet* FAERNI *facilitas, ut libenter literatis viris opiniones ſuas impertiret, vigilias tamen ſuas in lucem edere quotidie differebat, ſive ut illas diligen-*

*diligentius perpoliret, ſive diutius ſe victurum putabat, ſive ipſe (quod magis arbitror) gloriam hanc, quam plerique cupide aucupantur, minime expetebat. Quamobrem paullo ante quam e vita decederet, vix amicorum precibus adductus, Ciceronis Orationes quae Philippicae inſcribuntur, una cum quibuſdam aliis, quas ſumma diligentia emendavit, uſus inprimis antiquiſſimo exemplari, quod in Sacrario Vaticani Templi Principis Apoſtolorum aſſervatur, meis typis imprimi & pervulgari permiſerat. Jamque ad calcem paene opus pervenerat, quum repente, maximo* PII PONTIFICIS, *qui illum unice diligebat, omniumque bonorum dolore,* FAERNUS *e vita exceſſit. Itaque per multos dies res intermiſſa eſt. Tandem vero officii mei memor, metuenſque ne aliquis fortaſſe, uti fieri ſolet, aliquo modo doctiſſimi Viri labores ſurriperet, ſibique vendicaret, amico de me optime merito fidem meam praeſtare volui, totumque volumen abſolvendum curavi, quod nunc in tuo nomine emitto, Cardinalis Illuſtriſſime, id enim &* FAERNO *ipſi ſi viveret, gratiſſimum profecto foret, qui te unum poſt* PIUM PONTIFICEM, *Patronum ſibi adoptaverat, & ſane* FAERNI *vigiliarum fructus, quaſi haereditario jure tibi debetur, quandoquidem* PIUS PONTIFEX *Avunculus tuus, illius ingenio & induſtriae ſemper favit, eumque ſponte currentem, liberalitate ſua ad haec ſtudia vehementius incitavit. Huc accedit quod lectione librorum Ciceronis mirifice delectaris, quamvis enim quantum tibi de publicis laboribus temporis, & otii datur, id omne in optimis philoſophiae & theologiae ſtudiis, una cum doctis & literatis viris conſumas, ut Chriſtianum & Cardinalem decet ; plerumque tamen ad haec mitiora eloquentiae ſtudia divertis, in quibus, tamquam in aliquo amoeno diverſorio, libenter conquieſcis. Extremum illud eſt, quod tamen mihi antiquiſſimum fuit, ſingularis mea erga te obſervantia, quam non tibi ſolum, verum etiam caeteris omnibus exploratiſſimam eſſe cupio. Quamobrem liber hic Antonianarum Ciceronis Orationum, quae nunc tui nominis ſplendore illuſtriores in publicum prodeunt, quum* GABRIELIS FAERNI *doctrinae & dilegentiae indicium, tum illius obſervantiae meae, qua te unice colo, colamque dum vivam, teſtimonium apud omnes erit.*

*Romae Kal. Februarii* 1563.

# GABRIELIS FAERNI
## EPISTOLA
## IN PHILIPPICAS CICERONIS
*Opera ſua emendatas.*

---

## GABRIEL FAERNUS
## PETRO VICTORIO S.

HABES tandem, quod a me tanto opere petiiſti, volumen Orationum XVII. M. Tullii, recens a me emendatarum, auxilio maxime vetuſtiſſimi ejus exemplaris quod nuper in Sacrario Baſilicae Vaticanae Sancti Petri Apoſtoli inveni: de cujus voluminis antiquitate quia ad te multa jam ſcripſi, nihil hic amplius dicam, niſi arbitrari me, non exſtare uſquam aliud aeque antiquum, ex omnibus M. Tullii operibus. Cujus libri auctoritatem quamvis fere ſecutus ſim, exiſtimavi tamen mihi, recentiores quoque qui modo ſcripti eſſent, conſulendos: primum quod aliquando, licet id quidem raro, uſu venit ut recentiores libri probatiorem lectionem contineant; deinde ut in eis locis ubi antiquus hic deficit, ex recentibus quae poſſem, emendando ſupplerem: non enim omnia quae in hoc volumine edidimus, exemplar id continet, ſed tantum Philippicas decem primas, & undecimam dimidiatam; praetereaque duo fragmenta, unum duodecimae, alterum tertiaedecimae: item Orationem pro Fontejo, omnem illam quae exſtat in editione vulgata: item duo alia fragmenta, alterum Orationis pro Flacco, alterum Orationis in Piſonem, in ea tamen parte quae exſtat. Quod ipſum antiquiſſimis literis quas majuſculas vocant, nonnullis tamen aliquantulum in has noſtras degenerantibus ſcriptum eſt: quas omnes Orationes, ne videremur ea tantum edendo quae in antiquo libro ſunt, magna earum parte fraudaſſe lectorem, integras, ut quidem exſtant, voluimus edere: librorum vero ſcriptorum copiam nobis ſuffecit partim Vaticana, partim noſtra privata bibliotheca: Contulimus autem ſcriptam lectionem cum impreſſa Paulli Manutii, omnium commodiſſima, quae continet Philippicas emendatas ab Hieronymo Ferrario, a cujus editione ubi antiquus hic liber cum ea concordat, non temere umquam diſceſſimus. Quin etiam multa quae

ille quidem recte emendaverat, sed vel errore & oblivione impressorum, vel quod illis ea non probarentur, neglecta omissaque fuerant, accedente hujus antiqui libri fide, reposuimus: ea sunt loca LXXVIII. Ubi vero hic liber ab impressa lectione dissentit, quod in duobus locorum generibus accidit, altero ubi Ferrarius suos vetustos libros secutus, vulgatam corrupit, altero ubi omnes libri, & scripti, & impressi male habent, haerente in hoc solo antiquo libro vera lectione, nos ex hoc ipso qui omnes quos habuit, aut vidit umquam Ferrarius, longo intervallo vetustate praestat, & lectionem vulgatam reposuimus; id factum est locis CXIX. & antiquam restituimus, quod pluribus locis fecimus quam ut numerum inire possemus, non verbis tantum, ut fieri solet, variatis, vel additis, vel detractis, sed integris etiam aliquando periodis. Sane nolumus hic fraudare sua laude Ferrarium: praeter enim complura loca quae prius ab se ex ingenio emendata, postea exemplarium vetustorum auctoritate comprobata fuisse, ipse commemorat, loca alia VII. & XL. contra omnium quos ipse vidisset librorum fidem emendavit ita ut in hoc nostro postea inveni. Sed & tu nonnulla in his Orationibus conjeciſti; non pauca & ego; quorum nos hic antiquus liber veros conjectores probavit: ex quo re ipsa admonemur, in emendandis auctoribus, non esse perpetuo libris scriptis inhaerendum: sed aliquid etiam hominum ingenio judicioque tribuendum: quod propterea libentius commemoramus, quia superioribus literis tuis mihi significasti, esse istic nonnullos, ad quos hujus antiqui exemplaris nuper inventi fama pervenerit, qui has Orationes postulent edi, ad eum prorsus modum ut in eo scriptae inveniuntur: neque quidquam omnino variari: qui si ipsi in hunc librum incidissent, sententiam mihi crede mutarent: non enim bene habet semper hic liber, sed multis locis & ipse mendosus est: inque illis ipsis locis ubi melior est aliis, non semper omnino sincerus aut rectus est, sed alicubi vestigia tantum verae lectionis ostendit, quae si edere nullo adhibito judicio voluissem, pro correctore corruptor dici jure potuissem: librum ergo antiquum secuti quidem sumus, sed ea cautione, ne ea etiam quae in eo essent mendosa, sequeremur. Atque ut tibi aliisque lectoribus constaret ratio operae nostrae, Libros II. Emendationum conscripsimus, alterum in Philippicas, alterum in tres reliquas Orationes, id est pro Fontejo, pro Flacco, & in Pisonem: in quibus ubicumque a Manutiana editione defleximus causae mutationis adscriptae sunt, adnotataque, ubi scrupulus aliquis forte restabat, antiqui voluminis lectio licet mendosa, eruendae tamen ei quae vera sit, fortasse in posterum profutura. Conjecta quoque in eos libros sunt multa, quae ex conjectura tum nostra, tum aliorum emendata non ausi sumus in contextum Ciceronis admittere. Non semper autem quoties quid ex eo libro emendavimus, toties eum citare necesse habuimus, ne & volumen

lumen saepe repetitis vocibus, & lectorem fastidio onerarem us: sufficere putantes ubicumque eum non sequimur, profiteri nos, vel ex aliis libris, vel ex ingenio (quod tamen parcissime fecimus) emendasse; vel ita nos legendum putare. Si quorum autem locorum emendatorum mentionem non fecimus, etenim fuisset infinitum omnia persequi, praesertimque ubicumque restituimus ordinem collocationemque verborum, scito nos id fecisse ex antiqui illius exemplaris fide: cujus contextum ita semper secuti sumus, ut parvam eorum quae deinde immutata, detracta, addita essent, rationem habuerimus: quod & in aliis exemplaribus, aliisque auctoribus emendandis servare instituimus.

Vale. Romae XII. Kal. Novembres M.D.LXI.

# PETRI VICTORII
## *EPISTOLA*
## IN P. TERENTIUM
## A
## GABRIELE FAERNO
## *castigatum.*

---

# CAROLO BORROMAEO
## S. R. E. CARDINALI

*Petrus Victorius Sal.*

MITTO ad te, Borromaee ampliſſime, poëtam elegantiſſimum familiaris tui opera ſtudioque olim expolitum: nunc autem, non ſine cura aliqua mea, formis excuſum atque divulgatum: quum enim domi tuae illum haberes: poſſeſque ſolus aut cum paucis, labore & induſtria diligentis & eruditi viri frui, ut es omnibus in rebus publicorum commodorum ſtudioſiſſimus, maluiſti bonum hoc cunctis bonarum artium cupidis impertiri: recte igitur feciſti, conſiliumque hoc tuum laudent omnes neceſſe eſt, qui non ſunt penitus averſi a Muſis, nec ſuas tantum propriaſque utilitates conſectantur: ipſe vero libenter ſuſcepi hanc curam, dedique operam ut fideliter imprimeretur, ut ſervirem honori ac laudi FAERNI, cum quo dum vixit, magna amicitia conjunctus fui: quum enim aliter nunc illum juvare non poſſem, hoc, non parvum ſane, beneficium me in eum collaturum eſſe exiſtimavi, ſi memoriam ipſius coluiſſem, & quantum per me fieri poſſet, vivam florentemque conſervaſſem. Cognovi etiam me veteribus ejus ſodalibus cupidiſque, ſi hoc egiſſem, gratum eſſe facturum, hominibus honeſtis, & qui plurimum FAERNUM ob ipſius probitatem, eruditionemque diligebant, quorum etiam partim mei neceſſarii ſunt, partim vero, propter egregias animi dotes, & ipſi omnium amore digniſſimi: iis igitur quoque placere volui: ſtuduique, nihil a moribus meis dignitateque alienum gerens, bene-

volentiam eorum mihi magis conciliare. nam quantopere etiam ipſe eodem ſtudio delectatus ſim, & quantum diligentiae adhibuerim in bonis auctoribus & Graecis & Latinis emendandis & ab omni labe vitioque expurgandis, notum teſtatumque eſt: quomodo igitur non debui eamdem voluntatem in aliis fovere, qui in eodem curſu non ſine multa laude verſarentur? praeſertim quum quod moleſtiae in hoc munere obeundo omni tempore ſuſcepi, non oſtentandi ingenii, honoriſque magni adipiſcendi cauſſa ſuſceperim, ſed veteres auctores illuſtrandi, & e corpore ipſorum turpes maculas eluendi: quare omnem hominem qui in hoc ſtudio cum fide judicioque aliquo verſaretur, ſemper adjuviſſem: quod etiam arbitror me aliquando feciſſe: nonnulliſque ſuppeditaſſe ea auxilia, quae in me poſita erant, & ad finem illum obtinendum magnopere pertinebant, quod alii fortaſſe, jejuni animi homines & nimis avidi laudis, non feciſſent. Valuit etiam aliquid ad me impellendum, & ne declinarem hunc laborem, perſuadendum, quod & ipſe non parum hoc lepido nobilique poeta delector: putoque ipſum valde utilem eſſe & ad Latinam linguam puriter perdiſcendam, & ad vitam hominum ſuaviter excolendam: nam quin accurata lectione Terentii mores emendentur & politiores integrioreſque reddantur, ſi quis conſilium illius finemque attendat, corrigique ſe patiatur, dubitandum non eſt: ſunt enim Fabulae ipſius (quantum ratio ejus poematis fert) honeſtae ac graves: remotaeque ab omni turpitudine verborum factorumque: talem autem ipſum fuiſſe natura moribuſque facile ſuſpicari poſſumus: cujus rei etiam indicium eſt, quod ille uſus eſt conſuetudine ſanctiſſimorum moderatiſſimorumque ſuae aetatis virorum: qui non tantopere ipſum dilexiſſent, nec in amicitiam ſuam irrepere paſſi eſſent, niſi ſimilis ipſis parque ingenio ac vita fuiſſet. Facit etiam, niſi fallor, ut merito ille hominibus gravibus carus atque jucundus eſſe debeat, quia propoſuit ſibi ad imitandum Menandrum: cunctaſque ſuas Fabulas, una aut altera excepta, ex eo poëta expreſſit: de cujus ingenii ſuavitate ſalibuſque ita multa & doctiſſimi & honeſtiſſimi viri memoriae prodiderunt, ut non mediocriter dolendum ſit illum e manibus ereptum eſſe, & ita quidem deletum, ut ne veſtigium quidem ullum Graecum ipſius appareat. Nam quum exſtiterint olim graviſſimi viri Graeci: quique ſuis praeceptis ſcriptiſque magnopere pietatem noſtram Chriſtianam adjuverint, qui vehementer Ariſtophanem amaverint, nec umquam fere Fabulas ejus e manibus dimiſerint; Plutarchus tamen de illo poëta aliter ſenſit: longeque ipſi praeponendum eſſe Menandrum exiſtimavit: quum enim eum errorem ex animis quorumdam evellere cuperet, ſedulo duos hos poëtas inter ſe comparavit: quorum alter veteris, alter vero novae Comoediae auctor fuerat: collectiſque diligenter eorum virtutibus ac vitiis, vel potius alterius inſignibus vitiis, alterius ſummis virtutibus; praeferendum

eſſe

esse omnibus de caussis Menandrum demonstravit: in cujus laudes celebrandas ita se effundit, ut modum nullum ipsarum tenere posse videatur. Non necesse est autem me nunc argumenta illa huc transferre: unum tantum ponam, quod inprimis aptum est ad Menandrum ornandum: ad alterum vero illum omni paene honore spoliandum: quod quum facetissimus praeter caeteros lepidissimusque Comicus Aristophanes & habeatur & dicatur, affirmat Plutarchus Aristophanis sales, quum amari & asperi sint, vim quamdam exulcerandi, mordendique habere: contra autem Menandri sales ita lepidos ac venustos esse, ut ex illo ipso mari, unde Venus orta est, nati esse videantur. Sed ut, relicto Aristophane, ad nostrum redeamus; qui Menandrum probant, summisque laudibus in coelum efferunt, iidem manifesto Terentium commendant: illius enim Graeci Latinus hic imago quaedam simulacrumque est: vel potius ille ipse expressus, in aliumque sermonem (hoc enim fere tantum discriminis est) conversus: quod intelligitur etiam testimonio quodam Ciceronis, versibus notato: legitur autem illud apud Donatum in ipsius poëtae vita. Nec tamen me fallit, nonnulla in vertendo mutasse Terentium, quibusdamque in rebus judicium quoddam suum adhibuisse: ut illud quod e simplicibus duplices fere cunctas Fabulas fecit: qua in re quum placere voluerit spectatoribus, qui plerumque gemina compositione rerum, duobusque simul ad exitum perductis argumentis capiuntur, discessit non tantum a mente & quasi praescripto Menandri, verum etiam a sententia Aristotelis, arbitrantis alterum illud melius esse: judicantisque uno in argumento, unaque in persona manere poëtas oportere, sive Tragoediam sive Comoediam scribant: nam quaedam etiam ipsum variasse, instituta nonnulla ad consuetudinem moremque Romanorum hominum convertentem, apud eumdem etiam veterem grammaticum lectum est: neque tamen hoc quin verum id sit quod diximus facit, nullo, inquam, alio in loco planius spectari posse lepores venustatesque Menandri, quam in Fabulis Terentianis. ut taceam majores virtutes ab ipso acceptas: quemadmodum quum Graecus ille fingat in meretriciis amoribus adolescentium libidinem exerceri solitam, nec foeminae ingenuae pudicitiam expugnatam arte ulla in scaenam referri, si quando tamen virgini civi stuprum infertur, numquam non inde nuptias nasci solitas: ut ex principio illo malo turpique res bona atque honesta proficiscatur: quod accurate, ut apparet, servavit Terentius, neglectum ab recentioris memoriae poëtis, qui passim & his, a bonis moribus alienis: & aliis turpioribus adhuc amoribus Comoediam inquinant, & ne dum vitam expoliant & corrigant, potius ipsam foedant, & omni dedecore contaminant. Est igitur omnibus his de caussis, aliisque nonnullis minime obscuris, Terentius amandus, in sinuque frequenter habendus: ac profecto bene omnis opera ponitur, quae in ipso illustrando celebrando-

que collocatur : quod ipſum etiam me hortatum eſt, ut diligenter eum imprimi curarem : ſtudeo enim prodeſſe quacumqne re poſſum, cupidis honeſtarum artium : nec ullum umquam laborem recuſavi, ut partem aliquam hujus laudis adipiſcerer. Coeperam autem multo antea hunc FAERNI conatum adjuvare : &, ut ex ipſius ſcriptis apparet, miſeram ad eum antiquiſſimum Terentii librum, quem domi habebam : cujus ille teſtimonio ſaepe utitur, & unde ſe plurimum in judicando adjutum fatetur: eſt autem is multis in rebus ſimilis ei, qui Petri Bembi fuit : nam nomina perſonarum Graecis literis notata ambo habent, non primis fere ſyllabis vocum illarum, quibus perſonae appellantur : quum ſtatim in fronte ſingularum ſcaenarum declaratum ſit quibus literis perſonae, quae illic loquuntur, ſignificentur : quae omnia, ut opinor, diligenter a FAERNO expoſita fuiſſent, ſi extremam manum labori huic ſuo admovere potuiſſet : & non ante iniquiſſima morte praereptus eſſet. Ordo etiam Fabularum communis pervulgatuſque a nobis ſervatus eſt, qui fortaſſe verus non eſt, quod ſuſpicari licet etiam ex faſtis : quia quod judicium de hac re ille feciſſet, compertum nobis non erat : nec quidquam ipſe de hoc literis ſuis mandavit : in Bembi certe libro Adelphi poſtremum locum tenent. Quia autem FAERNUS ardebat cupiditate hunc optimum poëtam juvandi, & omni ratione, qua poterat expoliendi: facereque multum ad eum reſtituendum intelligebat rationem verſuum, qui in conſuetudine Comicorum ſunt, tenere, ſcribere aggreſſus eſt Librum de illo genere metrorum, quem tamen non abſolvit : quod ſi ad exitum opus hoc perducere potuiſſet, quum inprimis ejus rei peritus eſſet : multumque in hoc ſtudio verſatus foret, omnem illam materiam plene perfecteque tractaſſet : nec ullam quaeſtionem propriam ejus loci omiſiſſet : illum tamen ipſum qualem reliquit, vel potius ipſius initium & non contemnendi aedificii veſtibulum occultare non libuit, ne qua ingenii ipſius monimenta perirent : hoc autem rectum eſſe & fieri debere illi, quibus memoria FAERNI commendata eſt, judicarunt, ſperantes omnia in bonam partem acceptum iri : & id boni quod in illo libello eſt, ſtudioſos hujus elegantis doctrinae prorſus laudaturos : ſi quid vero non omnino plenum perfectumque illic invenerint, ei veniam daturos, nam quale opus ipſum integrum futurum fuerit, declarat, quod auctor ipſius in primo ſtatim aditu, minime glorioſus homo, nec inanis laudis cupidus, de ſua facultate nonnulla praedicat, & quam haec doctrina hac aetate adhuc obſcura, tenebriſque multis involuta ſit, teſtatur.

Hos autem omnes optimi ingenii fructus, Antiſtes optime, (ut initio ſcripſi ) ad te mitto, unde exierunt, & e cujus copioſa bibliotheca in manus eruditorum pervenerunt, ut a cunctis ſtatim intelligatur cujus beneficio ipſi aucti ſunt: in quo arbitror etiam me Manibus FAERNI gratum feciſſe

feciſſe, ſi haec poſt mortem curare hominibus mos eſt: qui te poſt PIUM IV. PONT. MAX. veterem ſuum patronum, auctoremque ſuorum omnium commodorum colebat: nec ſane aliter facere poterat, niſi a judicio ipſius, ſapientiſſimi viri, diſcedere vellet: quod nunquam commiſiſſet: videbat enim cum reliquis omnibus, qui in iſta celebri urbe ac regina omnium civitatum vivunt, quanto in honore apud ipſum eſſes, & quantum ille ingenio prudentiaeque tuae tribueret, quum bonam magnamque partem oneris ejus quod ſuſtinet (maximi omnium onerum: quodque vere Aetna gravius appellari poteſt) humeris tuis impoſuit. Sed ſua ſponte etiam ille de te egregie exiſtimabat, ac quem coleret, & tamquam numen aliquod veneraretur elegerat. Hos igitur tui magni amatoris labores fovebis, & ab omni injuria impetuque adverſariorum defendes. Quod vero nunc de illis conſilium captum eſt, ut ſcilicet ederentur, quia utiles illos magnopere Avunculus tuus exiſtimabat, maluiſſet multo antea capi: ac memini etiam quum ille, minore adhuc in fortuna conſtitutus, hic mecum queſtus eſt, quod negotium hoc nimis lentum foret, plusque, quam oporteret, differret FAERNUS monimenta haec publicare: ſe namque illi ſemper auctorem fuiſſe ut maturaret, praedicabat, &, ut id facilius facere poſſet, pecuniam etiam, auxiliique omne genus ſolitum polliceri dicebat. Hoc igitur quoque nomine labores hos amabis, caroſque valde habebis. Non ſum tamen neſcius ipſos ad te erudiendum magnopere aptos non eſſe: nam aetas tua, & dignitas, & tantus uſus rerum longe aliam doctrinam requirunt, & quidquid temporis e magnis gravibuſque occupationibus eripere potes, in ſapientiae ſtudiis diviniſque noſtris literis perſcrutandis collocas: una cum doctis & probis viris, quos domi habes, legens ſemper aliquid noſtrae inſtitutionis proprium, ut magis adhuc perſonam iſtam, quam ſuſtines, ornes; quae profecto ſatis jam ſatiſque ornata eſt: ſi modus ullus adhiberi, terminuſque in vita humana emendanda, omnique virtute expolienda conſtitui debet: cui enim nota non eſt probitas animi tui? cui non ſæpe audita vel ſpectata potius incredibilis temperantia & caſtitas? quae quum in iſta aetate moribuſque horum temporum rara & infrequens ſit, domeſtica in te & a natura prope ipſa inſita videtur. De pietate vero erga DEUM OPT. MAX. quae mirifica in te viget, in oreque omnium populorum eſt, verbum facere non libet: metuo enim ne dum rem narrare velim, & oratione mea praeſtantiſſimam hanc & divinam virtutem, quae in te eſt, celebrare coner, ipſam potius conteram & extenuem. Sed, his majoribus virtutibus tuis nunc relictis, ad amorem, quo proſequeris honeſta ſtudia atque artes has liberales revertar: de quo ſi forte aliquis dubitaret, praeclarum ſpecimen his ipſis diebus dediſti; quum curaſti ut Gulielmus Sirletus, vir haud magna cum re, ſed fide plenus, ut de Q. Ennio M. Tullius literis mandavit,

davit, in ampliſſimum veſtrum Cardinalium collegium cooptaretur. Dignus ille quidem per ſe erat omni honore, & praeclare de ipſo ſua ſponte Avunculus tuus, optimus ac munificentiſſimus Pontifex, exiſtimabat: jamque nonnullis eum beneficiis affecerat: ſed tamen exploratum eſt illum tuae gratiae auctoritatique potiſſimum datum eſſe: teque ipſum tuis humeris ad ſublimem iſtum gradum honoris evexiſſe, captum doctrina hominis egregia, & vitae honeſtate ſingulari. Perge igitur graviora illa ſtudia colere, & diſciplinam propriam Chriſtiani hominis, ſummique Antiſtitis, amplexari: nec tamen imaginem humanae vitae, accurate expreſſam a Terentio, & puram ipſius orationem, deſpice: putatoque quum ipſum legis, etſi multo minores perſonas in Fabulis his invenies, tenueſque demum homines, de rebus privatis humilibuſque inter ſe loquentes, P. Scipionem, C. Laelium, L. Furium loquentes audire: qui (ut memoriae proditum eſt) a poëta perſonam mutuati, quae domi luſerant ipſi, otii honeſte conſumendi cauſſa, in ſcaenam Terentii nomine poſtea deferebant. Florentia, XVI. Kal. Jun. M.D.LXV.

# SILVII ANTONIANI
## EPISTOLA
*ejuſdem fere argumenti.*

---

# CAROLO BORROMAEO
## S. R. E. PRESBYTERO
## CARDINALI AMPLISSIMO

*Silvius Antonianus.*

QUUM multae in omni liberali doctrina, optimiſque artibus, quibus animus ad humanitatem informatur, perobſcurae ſunt, & perdifficiles quaeſtiones, tum inprimis, Borromaee praeſtantiſſime, de toto Poëtarum ſtudio, magna doctiſſimorum hominum diſſenſione, & varietate certatur : nam quibuſdam praeclara quaedam res poëſis videtur, & plane divina, in qua comparanda, non tam alicujus artis praeceptis, & ratione aliqua, aut diſciplina, opus ſit, quam natura quadam eximia & excellenti, quae incredibili ingenii celeritate, animique inflammatione, quaſi divino quodam afflatu excitetur : quidam autem nullam in poëtis ſolidam utilitatem eſſe cenſent, omnemque delectationem, quae ex eis capitur, levem omnino judicant, & prope puerilem. Sunt etiam, & hi quidem ſummi viri, atque eruditiſſimi, qui ſane poëtarum ſtudio adverſantur infenſius, eoſque tamquam peſtem quamdam, & perniciem animorum, ex bene inſtituta civitate expellunt, & ejiciunt : horum princeps fuit magnus ille, & quaſi philoſophorum Deus, Plato, qui, quum optimum civitatis ſtatum exquireret, & ſuam illam, omnibus numeris abſolutam, Remp. fingendo fabricaret, ita multa contra poëtas differuit, ut plane videatur ſenſiſſe, eam niſi poëtis in exſilium pulſis, ſalvam & incolumem confervari numquam poſſe. Quae quum ita ſe habeant, Cardinalis optime, equidem non tantum mihi tribuo, aut aſſumo, ut ex tam variis, tamque inter ſe diſſidentibus ſententiis, perinde ac ſi apud me judicem cauſſa agatur, quaenam verior ſit ſtatuere audeam; aut certe tamquam honorarius arbiter omnem controverſiam dirimere, & rem, de qua tantopere magni atque nobiles philoſophi diſſentiunt, adducere ad concordiam velim. Sed tamen ſi quis in hac poëtarum facultate idem evenire dicat, quod in multis aliis rebus & artibus ſolet, ut quum ſuapte natura

bonae

bonae atque utiles ſint, hominum improborum vitio plerumque depraventur, is profecto meo quidem judicio non longe a veritate aberrabit: etenim & artium, & diſciplinarum, & bonorum omnium, quaecumque a natura, aut a fortuna proficiſcuntur, commune id eſt, ut boni, & mali inſtrumenta ſint, ac modo magnas utilitates & adjumenta: modo autem graves calamitates & detrimenta afferant: denique nihil reperias praeter unam virtutem, quo non perverſe & pernicioſe uti liceat. Neque vero, ut arbitror, boni poetae propterea e civitate pellendi ſunt, quod nonnulli hoc nomine indigni, aut obſcoenis & amatoriis carminibus juvenum animos molliant, aut dum voluptuoſam & delicatam vitam laudant, virtutis nervos elidant, aut poſtremo aliqua alia ratione, mentibus noſtris, verſuum dulcedine illectis, vitiorum venena inſtillent: quin potius bonos poëtas, id eſt virtutis & honeſtatis laudatores, ac magiſtros ſtudioſe retineamus: malorum autem licentiam legumlatoris ſeveritas coerceat, atque ipſa reip. gerendae ratio & facultas, quam πολιτικὴν Graeci dicunt; etenim haec eſt civitatis moderatrix, haec omnes res & privatas & publicas regit, & in omnes artes imperium exercet, eaſque ad commune bonum & felicitatem refert; quamobrem merito ab Ariſtotele ἀρχιτεκτονικὴ appellatur. Et quidem dubium non eſt civilem prudentiam, pro ſuo jure & auctoritate poëtis aliquando leges dediſſe, eoſque, quum dicendi libertate immoderatius excurrerent, certis quibuſdam finibus circumſcripſiſſe: nam, quum plura ſint poëtarum genera: alii enim ſunt Epici, ſive Heroici, alii Lyrici, alii Tragici, alii poſtremo Comici, quorum ſane poëſis ad hominum mores conformandos valde eſt accommodata; hi quidem olim ita vitia vituperabant, ut nominatim unumquemque carperent: atque omnes palam aculeis, & maledictis figerent: id autem quum legiſlatori, & politico nimis aſperum, & contumelioſum videretur, neque cupiditatum medicinam hanc eſſe animadverteret, ſed diſcordiarum potius, & ſeditionum ſeminarium, ſapienter poëtarum ingenio atque induſtria uſus, illorum licentiam ad reip. rationem direxit: itaque factum eſt, ut paullatim veteri Comoedia abrogata, & tamquam audaci & petulanti meretrice e civitate ejecta, nova, quae nequaquam certos homines probris vexat, ſed fictis perſonis, & commenticiis rebus vitia inſectatur, in ejus locum ſucceſſerit, & quaſi matrona quaedam muliebri pudore, & modeſtia comtior atque ornatior in theatrum maximo omnium applauſu fuerit introducta. Jam vero quam fructuoſum, quam elegans, & urbanum ſit hoc docendi genus, quam multitudini jucundum, & ad populares ſenſus aptum & congruens, illud, ut arbitror, ſatis indicat, quod totius antiquitatis conſenſu comprobatum eſt: neque ulla fere natio tam barbara, tamque a Muſis aliena umquam fuit, niſi fortaſſe Lacedaemonios excipias, duros ſane & agreſtes homines, quae non Comicos poëtas in civitatem receperit, eorumque Fa-

bulas magna cum voluptate audierit: neque ſane injuria; etenim, ut a viris ſapientiſſimis accepimus, nihil aliud eſt Comoedia, quam expreſſa quaedam imago quotidianae vitae noſtrae, quae dum fabulas confingit, turpeſque & honeſtas actiones imitatur, id profecto praeſtat quod magni philoſophi difficillimum factu eſſe aſſerunt, nimirum ut noſmetipſos agnoſcamus: nam vitia, & virtutes, & reconditas animi labes, moreſque noſtros in alienis perſonis effictos, tamquam in ſpeculo, aut in tabula, poëticis lineamentis, & coloribus depictos ſpectamus. Quod ſi nemo eſt, qui non Hiſtoriam laudet, eamque magiſtram vitae appellet, rerumque geſtarum cognitione homines prudentiores fieri fateatur; cur non etiam Comicos poëtas ſtudioſe legamus, qui non minorem utilitatem, delectationem certe majorem nobis afferunt? quamquam Ariſtoteli Poëſis Hiſtoria praeſtantior videtur, & ut ipſius verbis utar, φιλοσοφώτερον καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας· haec enim res prout geſtae ſunt exponit, & in eo quod ſingulare eſt verſatur: Poëſis autem ad ea quae univerſa ſunt refertur, neque tam quid fiat aut factum ſit, quam quid fieri debeat conſiderat. Sed ut hanc modo quaeſtionem omittamus, major ſine controverſia Comoediam voluptas conſequitur; tota enim ſalibus, & facetiis, & ridiculis aſperſa eſt: accedit numerus, & genus ipſum dicendi dulce ac ſuave: quod ſi in ſcaena res agatur, & perſonae ipſae oculis ſubjiciantur, mirum eſt quanta jucunditate ex apparatu & harmonia ſenſus omnes perfundantur: quae ſane omnia virtutis invitamenta ſunt, namque hujuſmodi illecebris deliniti ſpectatorum animi facilius ad boni & honeſti contemplationem trahuntur, atque in aliena cauſſa integrius ſane, & incorruptius quid laude, quid vituperatione dignum ſit dijudicant & diſcernunt. Quamobrem jure optimo praeclarae illae omnium artium inventrices Athenae Comicos poëtas libenter audierunt; a Romanis vero ſerius quidem cogniti ſunt: multi tamen apud eos hujuſmodi laudis gloria floruerunt. Inprimis autem Terentius hoc in genere poëta clarus & nobilis eſt habitus, atque haud ſcio an huic uni primas facile concedat, ſi quis orationis elegantiam, ſententiarum gravitatem, admirabilem rerum compoſitionem & οἰκονομίαν ſpectet: neque enim Volcatii Sedigiti judicio admodum moveor, qui hunc ſexto loco numerat: equidem tempus ipſum & omnium ſeculorum conſenſus ſatis videntur declaraſſe, cuinam poëtae Comico palma deferenda ſit; nam ſuperiores illos nobis vetuſtas abſtulit, ita ut Plautum modo, & Terentium reliquos habeamus, praeterea neminem. Sed tamen Plautinum dicendi genus nimia antiquitate paullo eſt obſoletius, & quod magis refert, dum nimis blande populo adulatur, & plauſus quaerit, dum ſalſus & dicax haberi vult, & ingenio ſuo nimium indulget; neque artis praecepta ſervavit, neque ullum ridiculis & jocis ſcurrilibus modum fecit: atſumma in Terentio eſt gravitas, ut ſaepe vehementer admirer

gravi-

graviorem Caecilium ab Horatio exiſtimari, qui tamen huic noſtro egregiam artificii laudem tribuit. Jam vero quod ad puri & Latini ſermonis proprietatem attinet, quantum in eo Terentius excellat, dicat Cicero, plane graviſſimus & locupletiſſimus teſtis, qui, ut notum eſt, bonum Latinitatis auctorem Terentium nominat, cujus Fabellae, ut idem inquit, propter elegantiam ſermonis putabantur a C. Laelio ſcribi. Hic igitur ſuaviſſimus & elegantiſſimus ſcriptor, GABRIELI FAERNO, viro integerrimo, ut tu optime noſti, Cardinalis ampliſſime, ac ſingulari ingenii praeſtantia & eruditione, in amore, atque in deliciis fuit: quem quum multis foediſque maculis deformatum, & inquinatum animadverteret, quibus illum partim vetuſtas & temporum injuria, partim librariorum negligentia, partim vero quorumdam hominum audacia & ignorantia inſperſerat, aegre ferens optimum & politiſſimum poëtam tamquam in ſordibus, & coeno jacere, animum omnino induxit illius labes eluere: quumque ex antiquis potiſſimum & ſcriptis libris horum vulnerum medicina petenda eſſet, primum quidem magnam ſibi bonorum librorum copiam undique comparavit, deinde vero tantum diligentia, labore, aſſiduitate profecit, ut jam in doctorum hominum conſpectum cultior Terentius & nitidior veniat: nam praeter doctrinam, & ea, quae paullo ante dicta ſunt induſtriae adjumenta, erat in FAERNO admirablis quaedam ingenii vis, & acumen, ut quum ad haec naturae bona diligens exercitatio, uſuſque aſſiduus acceſſiſſet, veterum librorum menda & acutiſſime conjiceret, & prudentiſſime emendaret. Utinam ille diutius vixiſſet, nam & Plautum, & Caeſarem, & Livium, & Suetonium, alioſque permultos celeberrimos ſcriptores infinitis propemodum locis correctos & emendatos haberemus. Sed immatura morte nobis ereptus, multa quae inchoaverat, abſolvere, & ad ſuam quaſi maturitatem perducere non potuit: quae tamen mihi quidem ut videtur, ſupprimenda non ſunt, ſed potius evulganda, ne ſtudioſi omnes hac utilitate, vir autem doctiſſimus laborum ſuorum fructu debita, inquam, laude gloriaque fraudetur. Interim vero, Cardinalis optime, ex tua nobili Bibliotheca, in qua una cum multis voluminum millibus, FAERNI quoque Lucubrationes diligenter aſſervantur, Terentius in lucem prodit: hoc enim opus ut multis argumentis judicare nobis licuit, prope perfectum & perpolitum erat: itaque nihil ei additum, aut detractum eſt, ſed ſumma fide & religione typis deſcriptum fuit, ea ſcribendi ratione ſervata, quam ipſe probaverat. Quae ſi communi literatorum hominum aſſenſu atque approbatione, ut ſperamus, excipientur, quum tibi, qui haec ut ederentur imperaſti, tum inprimis PIO PONTIFICI MAX. Avunculo tuo, immortales gratiae habendae erunt, qui multis ab hinc annis, quum adhuc Cardinalis eſſet, FAERNI ingenium eximia quadam liberalitate ita aluit, ut tamquam bonus ager cultura adhibita, praeſtantes doctrinae & eruditionis fructus extulerit. Vale

Roma, III. Non. Maij M.D.LXV.

G A.

# GABRIELIS FAERNI
## LIBER
## DE VERSIBUS COMICIS,
## *IMPERFECTUS.*

COMICI poëtae duobus maxime uſi ſunt verſuum generibus, jambico atque trochaico. Quae duo genera quia poſt heroicum verſum, quem & longum & hexametrum nominamus, maxime illuſtria ſunt, viſum eſt nobis de iis non quatenus modo a Comicis, ſed in univerſum quatenus etiam ab Lyricis, & Epigrammatariis, & cultioris ſeculi Tragicis poëtis ſunt uſurpata, differere. Atque eo magis quia in his verſibus, ac maxime jambicis, multa nos obſervavimus in ratione numerorum, pedumque collocatione, quae ab noſtrae aetatis poëtis vel ignorari vel negligi paſſim videmus: & de iis nobis alias differendi nulla umquam forte dabitur occaſio. Ac primum de jambico tractabimus, quod & is verſus trochaico antiquior: & generibus ac legibus jambici cognitis, ea quoque, quae de trochaico dicemus, facilius intelligentur. Jambici ergo ſunt, qui proprium pedem jambum habent, quem & in omnibus locis admittunt, & in ultimo, ſeu vicem ultimi obtinente, neceſſario exigunt: ultima tamen ſemper ſyllaba indifferente. Eorum alii dimetri, qui pedibus quatuor conſtant; alii trimetri, qui ſex; alii tetrametri, qui octo; ſunt & qui monometros pedum duorum faciant, item pentametros pedum decem, & hexametros duodecim. Sed nos genera uſitatiora perſequimur. Trium igitur ſuperiorum generum alii acatalectici, qui juſtae menſurae ſunt: alii catalectici, una ſyllaba breviores: alii hypercatalectici, una ſyllaba longiores. Hi rurſus omnes aut puri ſunt, aut mixti. Puri ſunt qui vel toti ex jambis conſtant, vel certe jambum in paribus utique locis habent, in imparibus vero & ſpondeum recipiunt: alii quidem in omnibus locis: alii in aliquibus. In omnibus recipiunt omnes acatalectici, item dimetri hypercatalectici, & timetri catalectici: in aliquibus vero dimetri catalectici, qui in prima, & tetrametri catalectici, qui & in hac & in quinta: de trimetris ac tetrametris hypercatalecticis nullam mentionem facimus, quia eos in uſu non invenimus: ſed ex acatalecticis, unum verſuum genus exſiſtit, quod tragicum ab Tragoedia, in qua uſus ejus eſt, poſſumus appellare; hoc a caeteris differens quod in dimetri ter-

tis,

tia, tetrametri & hac & ſeptima ſede jambum non admittit. Ne trimetri quidem quinta, niſi ita demum, ſi verſus in dictionem, quae ſit poeon ſecundus vel dijambus cadat : quod tamen admodum raro contingit. Hujus verſus, id eſt trimetri, duorum extremorum pedum ordine commutato, naſcitur ſcazon ; jambum ſemper in quinta, ſpondeum ſemper in ultima habens.

Ex his omnibus verſuum generibus, alia quidem pedes omnes habere conſtantes ſectis diviſiſque inter ipſos dictionibus poſſunt, alia non poſſunt: prioris generis ſunt dimetri omnium generum; catalectici quidem, ut: *Quem nemo vidit umquam*, apud Prudentium; acatalectici, ut: *Lucana mutet paſcua* ; hypercatalectici, ut *Ornare pulvinar Deorum.* Item ex trimetris catalectici, ut : *Trahuntque ſiccas machinae carinas* ; acatalectici, quibus parem rationem obtinent trimetri quos tragicos appellavimus, & ſcazontes, ut : *Noviſque rebus infidelis Allobrox :* poſterioris autem generis ſunt tetrametri catalectici & acatalectici: nam utrique quartum pedem abruptum a quinto habere neceſſario debent, ita ut omnino quarto quoque pede dictio finiat: exemplum tetrametri catalectici ſubjeci ex Catullo: *Cinaede Thalle, mollior cuniculi capillo :* acatalectici ex Seneca: *Fert laeva ſemuſtas faces, Ardentque pallentes genae.* Rurſum ex his omnibus, alii habere pedes omnes conſtantes ſingulis dictionibus poſſunt ; alii non poſſunt: poſſunt dimetri acatalectici, ut: *Podex velut crudae bovis*, apud Horatium; & : *Phoebus jubet verum loqui*, apud Auſonium: non poſſunt caeteri omnes. Atque hi qui non poſſunt, in certis tamen ſedibus poſſunt, in certis nequaquam : in quibus poſſint perſpicuum erit, ſi in quibus non poſſint demonſtraverimus : non poſſunt dimetri hypercatalectici in ſecunda ſede : eum enim pedem habere debent, vel cum primo conjunctum, ut: *Depone ſub lauru mea, nec:* vel cum tertio, ut: *Nomen beati qui Deorum:* vel duabus dictionibus monoſyllabis, aut monoſyllaborum vicem per eliſionem in ſcanſione obtinentibus conſtantem, ut: *Vates, neque in terris morabor.* Item non poſſunt ultimum pedem omnes catalectici: eum enim vel ejus poſteriorem ſyllabam cum catalexi in una dictione connexam habere debent. Atque eo amplius tetrametri quidem catalectici, ex primis quatuor pedibus ſaltem duos: acatalectici ex prioribus & poſterioribus quatuor ſaltem binos. Trimetri vero catalectici tertium pedem: eum enim vel ex penthemimeri, vel ex monoſyllabo quae ſit loco penthemimeris, & ſequenti ſyllaba longa conſtantem habere: exemplum monoſyllabi (nam de penthemimeri clarius eſt quam ut exemplo egeat) eſt in hoc verſu : *Jam te premet nox, fabulaeque inanes.* Ad eum modum quo ad tertium dumtaxat pedem ſunt & trimetri acatalectici, ut apud Horatium : *Urget diem nox & dies noctem, neque eſt.* Cui verſui ſi verbum ſubſtantivum in fine poſitum demas, remanent omnes

pedes tertio excepto ſingulis dictionibus conſtantes; quod idcirco animadverti volumus, ut appareat vim harmoniae hujus verſus in tertia ſede conſiſtere. Sed acatalecticus eo differt a catalectico, quod etiam ſine penthemimeri, vel ejus loco, monoſyllaba dictione bonum habere numerum poteſt, modo duo ſaltem medii pedes inter ſe connexi colligatique ſint, ſive in una dictione, ut apud Horatium: *Ut aſſidens implumibus pullis avis*; ſeu pluribus, ut apud Senecam: *Pietas vetat: namque iſtud haud poſſum pati*: in quo verſu vides duos primos pedes & duos ultimos ſingulis dictionibus conſtantes, duos vero medios partim diviſis, partim mixtis atque confuſis. Quod ſi quis tertium pedem poſuerit, vel unica dictione conſtantem, vel cum ea finientem, quae monoſyllabam excedat, verſum, meo quidem judicio, omni numero carentem atque immodulatiſſimum effecerit: atque hoc non in trimetris modo jambicis acatalecticis locum habere obſervavimus, ſed & in heroicis, quos & longos & hexametros nominamus. Monemus autem lectorem, ut, ſi quos forte verſus in impreſſis poëtarum libris, huic regulae repugnantes deprehenderit, ſententiam ſuam tantiſper ſuſpendat, donec conſuluerit libros ſcriptos; quorum nos auctoritate nixi, haec aſſeveramus: nam in impreſſis & nos aliquot verſus invenimus, hanc regulam conturbantes; qui ut in antiquis exemplaribus leguntur, eam roborant atque confirmant. Atque adeo non gravabimur aliqua hic exempla ſubjicere corruptorum verſuum ac deinde emendatorum, non trimetrorum modo, ſed etiam heroicorum, quos quo ad hanc regulam, eamdem obtinere rationem ſupra diximus. In his ergo qui proxime ſequentur tribus verſibus, primo jambico Catulli, duobus aliis heroicis Horatii, videre eſt tertium pedem unica dictione conſtantem:

*Quem Galliae timent, timent Britanniae.*
*Hunc hominem ſi velles tradere, diſpeream ni.*
*Praeter caetera Romae mene poemata cenſes*

ſed verſuum Catullianum ita habent libri ſcripti:

*Quem Galliae timet, & Britanniae.*

quem nos duarum tantum literarum additione, ita emendamus:

*Quem Galliae timetis, & Britanniae.*

Horatianos vero hoc modo legimus ex libris ſcriptis:

*Hunc hominem velles ſi tradere, diſpeream ni,*
*Praeter caetera, me Romaene poemata cenſes.*

in ſequenti vero jambico trimetro Senecae videre licet tertium pedem cum dictione, quae major eſt monoſyllaba, finientem:

*Fatale ſaxeo pecus muro tegens,*

qui tamen ex libris ſcriptis ita legendus eſt:

*Fatale ſacro paſcuum muro tegens.*

In his omnibus, prout in impreſſis leguntur, aures eruditae malum numerum, & abſurdum ſonum ſentire poſſunt, in reſtitutis vero harmoniam & gratiam. nimirum quia in tertio pede tota vis numeri horum verſuum eſt.

Rurſum iambicorum, ſpondeum recipientium, alii certis in locis pro iambo tribrachum, alii & hunc, & praeterea pro ſpondeo anapaeſtum, & dactylum: & eorum aliqui etiam proceleuſmaticum, vel aliquos eorum, qui omnes pedes in ſpondeum reſolvuntur, admittunt: alii non admittunt. Tribrachum admitunt trimetri catalectici; quod ſemel tantum, idque in ſecunda ſede apud Horatium animadvertimus in Ode quae incipit: *Non ebur, neque aureum,* in eo verſu: *Regumque pueris. nec ſatelles Orci.*

Item admittunt & hunc pedem id eſt tribrachum, & praeterea dactylum, & anapaeſtum, dimetri quorum pedes, vel omnes vel certe aliqui, aut diviſis, aut mixtis confuſiſque inter ſe dictionibus conſtant, in iis ſedebus quas in ſubjectis exemplis videre licet. Tribrachum quidem in prima, ut apud Auſonium:

*Celeripedis compendii.*

in ſecunda apud Horatium: *Videre properantes domum.*

Dactylum in prima tantum apud Horatium:

*Canidia tractavit dapes.*

Anapaeſtum in prima apud Auſonium:

*Generiſque neutri filios.* & tertia apud eumdem:

*Lallique ſomniferos modos.* & apud Senecam:

*Qui virus Herculeum bibit.*

Dactylum vero, vel tribrachum in tertia in hoc genere verſus nuſquam invenimus.

Item admittunt ſupradictos pedes trimetri acatalectici in iis ſedibus, quas infra dicemus, tribrachum quidem in prima. apud Horatium ſemel tantum:

*Sed alius ardor aut puellae candidae.*

Apud Senecam vero ſaepe, nec praeterea apud quemquam alium.

In ſecunda apud Horatium, ut:

*Pecuſve Calabris ante ſidus fervidum.* In tertia & quarta apud eumdem: *Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.*

Ne in hoc quoque genere dactylum vel tribrachum in penultima ſede uſquam invenimus; niſi apud Senecam, idque admodum raro: neque aliter quam ſi verſus in dictionem quae ſit proceleuſmaticus cadat, ut: *Virile robur, nulla famae memoria.*

Anapaeſtum in prima & quarta apud eumdemmet, ut: *Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem.*

In tertia apud Senecam tantum: neque id aliter, quam ſi poſt ſecundum

pedem cum dictione finitum, ſequater dictio, quae ſit poeon tertius hoc modo:

*Juvat juvat rapuiſſe fraternum caput.*

Dactylum in prima apud Horatium exemplo quod ſupra poſui:

*Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.*

In tertia apud eumdem:

*Quid dixit aut quid tacuit? o rebus meis.* & hac ratione poteſt hic verſus tertium pedem finire cum dictione, quae ſit pyrrichius, ut: *Cur in theatrum, Cato ſevere, veniſti?* in quinta ſede tribrachum numquam inveni, ne dactylum quidem, niſi verſus in dictionem, quae ſit proceleuſmaticus terminetur, ut apud Senecam: idque perraro:

*Sed tu malorum machinatrix facinorum.* &:

*Virile robur, nulla famae memoria.*

Proceleuſmaticum in prima apud Senecam tantum: idque ſaepiuſcule, ut:

*Pavet animus, artus horridus quaſſat tremor,* &:

*Vide ut animus ingens laetus audierit necem.*

Haec tamen duo poſtrema, quae diximus de dactylo in penultima, item de proceleuſmatico, ſolis Tragicis licere exiſtimamus. ſcazontes eoſdem, quos recti trimetri, pedes recipiunt praeterquam proceleuſmaticum, item tribrachum in prima. Martialis tamen & ſolus & ſemel dixit:

*Et anatis habeas uropygium ſiccae.* in quo illud dubium eſt utrum tribrachum in prima poſuerit, an penultimam in *anatis* produxerit, quae alioqui brevis eſt juxta illud Ruffini: *Latipedemque anatem.*

Tribrachum in quarta apud nullum alium poëtam inveni, quam Martialem, quod tamen non placet mihi, ut:

*Et multa flagrat teſta ſenibus autumnis.*

Nec anapaeſtum in tertia apud ullum alium quam apud eumdem, ut:

*Fieri putet potuiſſe quis, Maronille?*

Item tetrametri acatelectici quod genus verſus apud Senecam ſolum in Troade reperimus, dactylum in quinta recipiunt, ut:

*Inſtant ſorores ſquallidae: ſanguinea jactant ubera.*

Et haec quidem verſuum genera alios pedes praeter ſpondeum & iambum admittunt. Non admittunt autem ex dimetris neque catalectici, neque illi dumtaxat acatalectici quorum omnes pedes ſingulis dictionibus conſtant, neque hypercatalectici, neque tetrametri catalectici. Rurſum omnia iambici genera alios pedes admittere poſſunt ſingulis dictionibus conſtantes, alios non poſſunt: poſſunt iambum & ſpondeum omnia genera in omnibus ſedibus praeterquam in iis, in quibus ſupra diximus pedes ſingulis dictionibus conſtantes eſſe non poſſe: tribrachum vero & anapaeſtum dimetri, ſectis confuſiſve dictionibus vel ex toto vel ex parte conſtantes.

conſtantes. & trimetri acatalectici in iis dumtaxat ſedibus quarum exempla ſubjecimus. Tribrachum dimetri in prima apud Auſonium: *Veniat in aures ut meas.* Trimetri apud Senecam: *Petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas.* anapaeſtum in eadem ſede dimetri apud Auſonium: *Columen curulis Romulæ.* Trimetri apud Senecam: *Stabiles futuros ſpondet aeternae domus.* item hunc pedem trimetri in penultima apud Horatium. *Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem.* Dactylum trimetri in prima apud Senecam: *Invocat & Argos; exſul, atque urbes movet.*

Hactenus de modulato iambicorum genere tractavimus, nunc de immodulatis differemus. Immodulati ſunt, qui unico tantum iambo; eoque ſi ſint tetrametri catalectici in quarta *

* * * * * * * * * *
* * * * * * * * *

DOMI-

# DOMINICI LAZARINI
## DE MURO,

*Graecarum Latinarumque literarum in Patavino Gymnaſio Doctoris*

Epiſtola ad Jo. ANT. VULPIUM.

---

DOMINICUS LAZARINUS

JO. ANTONIO VULPIO I. C.

*S. P. D.*

*AUDIVI ex Fratre germano tuo, Viro optimo, vos illud propediem curaturos, ut elegantiſſimæ* GABRIELIS FAERNI *Fabulae in lucem iterum edantur. Quid dicam? Nequeo ſatis laudare conſilium iſtud veſtrum, qui caveatis, ne illorum Hominum labores pereant, qui tantam & literis, & Italiae lucem attulerunt. Dignus plane eſt* FAERNUS, *qui eodem cultu, dignitate, ſplendore prodeat, quo nuper, ut Omnia* ANDREAE NAUGERII, *Hominis, ſi quis illa aetate alius, elegantiſſimi cultiſſimique, Opera prodirent, curaviſtis. Quae ubi primum vidi, nolite quaerere, quam mihi ipſe ſim gratulus, quod in hac ipſa Urbe Scriptores illorum temporum feliciſſimorum iterum, atque adeo tanta cum dignitate emitterentur, in qua illos ego quum legi deſitos, tum a pauciſſimis cuſtodiri, ut vix exſtarent, publice vehementerque conqueſtus eſſem. Praeterea illud ſum gaviſus edendorum librorum curam ad honeſtiſſimos doctiſſimoſque homines eſſe traductam, qui ea re ſuae dumtaxat gloriae, & alienae utilitate conſultum eſſe volunt; tum qui, ut olim Manutii illi noſtri, ea quae divulganda librariis tradunt ſuis, & ipſi intelligant, & emendare optime poſſint. Tu vero, Jo. Antoni, in eam ſpem adduci praecipue potes, ut quemadmodum tu nunc aliorum doctiſſimorum Hominum laboribus proſpicis,*

*ſpicis, ita ſeri nepotes aliquando proſpiciant tuis. Nunc autem illud abs te etiam atque etiam peto, ut* FAERNI *Fabulis, quamdam illius ejuſdem Epiſtolam vernacula lingua ſcriptam, in qua de Caroli Sigonii in T. Livium notis diſputat, adjungas. Non eſt illa quidem diligentiſſime ſcripta: pleraque habet, in quibus docti viri diſſentire ab illo jure & merito poſſunt; tamen, quod Carolus ipſe Sigonius in ſuis Defenſionibus earum rerum interdum meminit, quae a* FAERNO *in hac ipſa Epiſtola ſcriptae ſunt, eamdem in promtu poſitam eſſe, commodum eruditis futurum puto. Interea tibi perſuaſiſſimum volo eſſe, te a me & probitatis, & virtutis cauſſa non mediocriter amari. Id ſi uſus venerit, & tu & Frater tuus re ipſa experiundoque intelligetis. Vale.*

XII. Kal. Januarii. M.DCC.XVII.

LET-

# LETTERA DI
# GABRIELLO FAERNO
## UOMO DOTTISSIMO,

*a N. N. nella quale ſi contiene la cenſura delle emendazioni di* CARLO SIGONIO *ſopra*

## TITO LIVIO.

ECcellente come fratello onorando. Per la voſtra de' ſei di queſto ho viſto, che avete avuto quella mia lettera lunga, e mi ſon molto rallegrato per aver compreſo per queſta voſtra, che la mia ammonizione v'è parſa vera. Quanto a quello, che ricercate le mie fatiche da ſtampare, ci ſono due difficultà; una che già per mezzo d'un voſtro amico e mio mi trovo non dirò accordato, ma inviluppato con un' altro ſtampatore, pur in Italia: ed io vorrei prima far di modo, che ſenza querela di quel tale io ne poteſſi diſporre in altri a mio piacere, il che credo poter far facilmente: l'altra è, che a me pare, ſe gli ſtampatori guadagnano delle mie fatiche, che devriano anche farmi partecipare di quel tal guadagno; e l'aſpettar che queſti Signori ſuppliſcano, non mi par bene; perchè eſſi o ſpendono male l'entrate loro: ed in queſto caſo che coſa ſe ne può ſperare, ſe non che le gettino in coſe viliſſime, e vaniſſime, come voi dite? o le ſpendono bene, ed allora non è oneſto, che le levino ai poveri, per darle a me. Quanto a quello che mi ricercate, che almen io vi aiuti a ritornare nel primo ſuo ſtato quei luoghi di Livio, che a me pajono peggiorati, io nella mia lettera non vi avea parlato in particolare di Livio, ma in generale d'alcuni libri; ma pure poichè l'avete interpetrata per queſto autore, vi dirò come la coſa paſſa. Quando uſcì fuori il Livio del Sigonio, del quale voi mi mandaſte a donare una copia, mi poſi io, e Meſſer Guido noſtro a ſcontrarla con la vulgata, e con molti libri ſcritti, de' quali parte n'avemmo nella libreria del Papa, e parte da altre perſone: e così ne ſcontrammo ventidue libri: gli altri reſtarono inemendati per la partita di eſſo Meſſer Guido per Francia, dove anco al preſente ſi trova. Di que' luoghi dove a noi pareva ſtar bene la vulgata, non tenemmo memoria alcuna, ma ſolo ſu la medeſima voſtra copia riponevamo eſſa vulgata, ſiccome facevamo ancora le noſtre emendazioni particolari: e ſarìa ora una pena a voler diſcernere queſte da quella, e coſa che malamente ſi potrìa far da altri che da me; il che io non fuggirei per amor voſtro, quando aveſſi tempo. ma non potendo fare il tutto, ve ne darò qnalche ſaggio, e poi vi dirò quel che fare' io s'io foſſi in voi.

E'nel terzo libro queſto luogo ſecondo la vulgata: *Cenſendo enim, quoſcumque magiſtratus eſſe, qui Senatum haberent, judicabat: quos privatos fecerat auctor nullius S. C. faciendi.* In che modo l'abbia mutata il Si-

gonio

gonio, e che ſentimento ſi poſſa cavar dalla ſua, andatelo a veder voi. Io conſervo la vulgata, la qual è in tutti i libri ſcritti che ho viſto, e maſſime antiqui; ſolamente dopo il *Cenſendo enim*, diſtinguo, ed ordino le parole, dove conſiſte la difficoltà, a queſto modo: *Cenſendo enim, judicabat eos, qui Senatum haberent, eſſe quoſcumque magiſtratus:* hoc ſenſu: *ſententia, quae cenſebat patricios coire debere ad prodendum interregem, ſpecie aſperior erat adverſus decemviros, re vera mitior, quam illa, quae vetebat ullum S. C. fieri: Cenſendo enim*, id eſt, *decernendo quid fieri in Republ. vellet rogantibus ſententiam decemviris, quamvis eis adverſa cenſerent, hoc ipſo tamen, quod aliquid cenſebat, judicabat eos eſſe qualeſcumque magiſtratus, qui Senatum poſſent habere. Contra auctor ſententiae, quae vetebat ullum S. C. fieri, idcirco id facere exiſtimabatur, quod decemviri privati eſſent, & neque Senatus habendi, neque rogandarum ſententiarum, neque S. C. faciendi vim haberent.* Qualche ſei verſi dapoi v'è queſt' altro luogo: *Cæterum neminem, majore cura occupatis animis, verum eſſe praejudicium rei tantae affere.* Queſto luogo non ſi trova altrimenti mutato nella edizion del Sigonio dalla vulgata: Il che credo che ſia ſtato per errore, perchè nelle ſue annotazioni eſpreſſamente lo muta, e dice averlo ſanato per ajuto de' libri antiqui, anzi *de verbo ad verbum* deſcritto da quelli la ſua emendazione; dove dapoi il *verum eſſe*, egli diſtingue, e vuole, che *verum eſſe* ſia tanto, come eſſer veridico, o verace; ed in luogo di *afferre*, egli legge *differri poſſe.* La qual mutazione quanto buon ſentimento abbia, giudicatelo pur voi: perchè la mia intenzione non è di oppugnare le emendazioni del Sigonio, ma di mantener la vulgata, la quale trovo io conforme con tutti i miei libri ſcritti, e ſta beniſſimo, come ſta, pigliando *verum eſſe*, pro *aequum eſſe*, hoc ſenſu: *Non eſſe aequum quempiam afferre praejudicium rei tantae, quanta erat haec, an decemviri juſti eſſent magiſtratus, necne, occupatis animis*, id eſt, *dum occupati eſſent animi patrum majore cura*, ideſt, *conſultatione de bello Sabino repellendo.* Qualche dodici verſi dopo queſto luogo vi è queſt' altro: *Non erat melius, inquit, niſi de quo conſulitur vocem miſiſſe.* In queſto tutti i libri ſcritti s'accordano con al vulgata. Egli di teſta ſua vuol leggere: *Nae erit melius.* Dove prima egli non ſi accorge, ch'ei leva via la negazione neceſſaria a queſto luogo: perchè il *niſi*, è particola non negativa, ma eccettiva; e ſiccome non diremmo, *amo niſi bonos*, perchè volendolo dir latinamente, diremo, *non amo niſi bonos*, così non diremo *erit melius dixiſſe, niſi de quo conſulitur.* ma ci vuole anco la negativa *non*; la quale agiunta è tanto a dire: *Non erit melius vocem miſiſſe, niſi de quo conſulitur*, quanto: *Erit melius vocem non miſiſſe, niſi de quo conſulitur.* Poi incorre anche in u'n altra difficultà, la quale non ſo come egli potrà difendere contra quelli oſſervatori della lingua Latina, che negano, che queſto *nae* che egli ſcrive con dittongo, benchè tutti i libri e antiqui e moderni

derni l'abbiano ſenza dittongo, non mai ſi può metter ſenza un prenome che lo ſiegua, come ſarìa: *nae iſti vehementer errant*, *nae ego homo ſum felix*. *Nae tu iſtas faxo calcibus ſaepe inſultabis fruſtra*. E così vedete in una mezza facciata di ſcrittura che mi è occorſa a memoria a ſorte, tre errori di non poca importanza. Ma perchè potrià qualch' uno dire, che io aveſſi eletta queſta parte a poſta, farò una coſa, piglierò il primo libro, e vi dirò que' luoghi che mi occorreranno.

*Capeto Tiberinus*. Il Sigonio moſſo dall' autorità di Dione ha voluto leggere *Tiberius*: ma perchè anco Ovvidio, il quale per eſſere in verſo non può eſſer guaſto, dice *Tiberinus*; ſi può dire, che fuſſero due opinioni, delle quali l'una lo chiamaſſe *Tiberio*, l'altra *Tiberino*. E poichè tutti i libri ſcritti di Livio ſtanno con la vulgata, mi pare, che ella non ſi dovea mutare, maſſime avendo ella in ſuo favore lo ſcontro di Ovvidio.

*Dextra Hercules data accipere ſe omen &c.* Egli legge: *dextra Herculi data*. Alla quale lezione prima oppongo io tutti i libri che ho viſti, dove forſe la ſua non è ſe non d'un ſolo libro; dico forſe, perciocchè quaſi ſempre, quando egli cita la lezione ſcritta lo fa con queſta abbreviatura *vet. lib.* va poi trova tu, ſe è un libro ſolo, o più: io però interpetro ſempre, che non ſia ſe non uno, perchè quando ſono più, lo dice eſpreſſamente, benchè non metta il numero certo. poi perchè egli allega un'aſſurdo, che ſarìa ſtato, ſe Ercole aveſſe fatto un altare a ſe ſteſſo: io oppongo alla ſua lezione un' altro aſſurdo, che è, che Evandro, il quale è il primo che parla, e pronunzia coſe non pertinenti a ſe, ma ad Ercole, dica, *Accipio omen*; il che non ſi dice mai ſe non da colui che è il ſecondo a parlare, & *cuja intereſt omen impleri*. E per ſoluzione dell' aſſurdo addotto da lui ſi potria dire, che l'ara pronunziata dalla Carmenta non è la edificata da Evandro, ma la edificata da Ercole. Livio non fa menzione alcuna, ma ſolo, che Ercole promette, e fa voto di farla. *quod autem per aram, quam exſtruxit Hercules, non per eam, quam Evander, impleta ſint fata, ex hoc apertiſſime liquet, quod aram, de qua Carmenta vaticinata eſt, eam etiam Maximam vocatum iri praedicit: quod quidem, id eſt, ut Maxima vocaretur, eveniſſe ei arae, ad quam decimas Hercules obtulit, auctor eſt Dionyſius*. Abbiamo dunque a penſar così, che Ercole faceſſe un' ara, la quale (per quello, che probabilmente ſi può conghietturare) dicaſſe a Giove ſuo padre, al quale ſopra la detta ara offeriſſe le decime, e che in proceſſo di tempo queſt' ara ſi convertiſſe in onore del fondator di eſſa, e foſſe chiamata *Maxima*. Ma perchè (per parlare ingenuamente) queſto non mi ſodisfà bene la coſcienza, dico, che ſe pur la vulgata ha qualche difficultà (come credo, che ella abbia) la emendazione del Sigonio non acconcia il luogo, ma lo guaſta di nuovo per l'aſſurdo, che gli oppongo: e ſe pur eſſa ſi aveſſe da mutare, crederei poter facilmente reſtituire la vera lezione col preporre lo, *ait*, ad, *ara*, e tra queſte due parole

parole interporre un punto fermo in queſto modo: *Dextra Hercules data, accipere ſe omen, impleturumque fata ait. Ara condita, ac dicata ibi tum primum bove eximia* &c. Ovvero con mutar il ſito di queſte due parole dall' uno in l' altro di ſorte, che dove è *ara*, ſia *ait*, e dove è *ait*, ſi *ara* a queſto modo: *Dextra Hercules data, accipere ſe omen, impleturumque fata ait. Condita, ac dicata ara ibi tum primum bove eximia* &c. Ammettendo una di queſte lezioni biſognerà intendere, *impleturum fata*, con la virtù, e con li fatti magnanimi; e così ceſſeranno tutti gli aſsurdi, e ne ſeguirà un' altra utilità, che dove e nella vulgata, e nella emendata dal Sigonio ſi commemora il ſacrificio, ſenza che appaja che ſia ſtata edificata ara alcuna, in queſta mia chiaramente apparirà l'edificazion d' eſſa, dopo la pronunziazione, ed innanzi al ſacrificio, ſecondo l'ordine naturale delle coſe. Queſta emendazione terre io per fermiſſima, ſe non foſſe quel diavolo di Dioniſio, che dice, comme di ſopra avemmo tocco, che quella ara, alla quale Ercole offerì le decime ſi chiamò *Maxima:* non è adunque la edificata da Evandro: ma dall' altro canto io oppongo a Dioniſio l'autorità di Livio, il quale in effetto ſi vede che non lo ſeguita, e nella ſua narrazione di queſta coſa eſclude ogni altro ſacrificio peregrino, eccetto lo inſtituito da Evandro; perchè avendo detto: *Sacra Diis aliis Albano ritu: Graeco, Herculi, ut ab Evandro inſtituta erant, facit*; ſoggiunſe poi parlando del medeſimo ſacrificio: *Haec tum ſacra Romulus una ex omnibus peregrina ſuſcepit.*

*Fabricato ad id apte ferculo.* Egli legge *feretro*, la qual parola non nego io trovarſi in qualche libro, ma ne i più moderni, e peggiori: ed egli dice che ſi trova in tutti: il che mi fa credere, che egli non abbia avuto alcun libro buono. Ma egli dice, che gli ſcrittori Greci, che trattano di queſto, dicono, che *Feretrius Jupiter* è detto *a feretro.* Qui ſarìa ſtato bene, ch' egli aveſſe detto, quali ſono quelli che lo dicono, e non dirlo così indefinitamente: perchè vi ſono anche degli autori Greci, che danno altra etimologia che queſta. Ma quello che importa più, i noſtri antiqui Latini infino de i tempi d'Auguſto, lo fanno derivare o da *ferio*, o da *fero.* Onde ſi può comprendere, che quelli ſuoi ſcrittori Greci, o uno, o più che ſieno, hanno preſo un granchio; poichè i Latini dottiſſimi, e pratici delle coſe loro iſteſſe, avendo una etimologia d'un derivato tanto propinquo al ſuo principale, non l'hanno poſta: il che averiano fatto, ſe foſſe ſtata vera: ma hanno aſſegnato altre etimologie molto lontane da queſta; che forſe è nata dipoi, perchè in quelli tempi buoni non ſi uſava queſta parola *feretrum* in queſto ſignificato, ma ſolamente per la caſſa da portar i morti. Io certo per quanto ho letto, e riletto gli Antiqui, non l'ho mai trovata in niun d'eſſi, ma ſolo una volta ne' tempi più baſſi in uno autore, che non è troppo netta farina, dico ne anco tra' baſſi. L'altra parola *ferculum* ſi trova in tutti gli ſcrittori, e perfetti, comme è M. Tullio, e mediocri,

diocri, ed anco baſſi. Fatene mò voi che giudicio volete, purchè non chiamiate in conſilio Niccolò Perotto, il cui errore (per quanto poſſo comprendere) è ſtato cauſa di dar riputazione a quella parola *feretrum*.

*Ecquid foeminis quoque aſylum aperuiſſent*. Non ſo immaginarmi per che cauſa egli abbia voluto mutare queſta bella, ed antiqua lezione, ſe non darne la colpa a i cattivi libri.

*Ubi primum ex profunda emerſus palude equus Curtium in vado ſtatuit* Egli parte ſeguitando i libri non buoni, e parte facendo di ſua teſta, legge: *equum Curtius in vado deſtituit*, per farlo accordare con Plutarco: e non vede, che non v' è cauſa, perché Curzio doveſſe laſciare il cavallo *in vado*, *ideſt* giá ſuori del pericolo della profonda palude. Ma ſia come ſi voglia, quella che ho poſto di ſopra è l' antica lezione. Se ora Livio, e Plutarco non dicono il medeſimo, non e miracolo; che anco in altri luoghi lo fanno.

*Ab T. Tatio Tirienſes*. Così dicono tutti i libri che ho viſto, così Properzio, che li chiama *Titienſes*: oltre Feſto, che dice cosí eſſere chiamati dal prenome di quel Re. E quanto alle autorità ch' egli allega, che dicono che queſta parte d' *equitato* fu detta *Tatienſis* a *Tatio*, a queſto non ſaprei che dire in particolare, ſe non le vedeſſi prima ne i libri ſcritti, ne' quali ponno ſtar altrimenti: ma in tutti i caſi dico, che eſſe poſſono eſſer guaſte da i libraj, dove quella di Feſto è indubitabile.

*Uti tua ſigna nobis certa ac clara ſint*. Quì egli ſeguita una lezione non viſta da lui, ma ſtatagli riferita da altri: la qual mi maraviglierò ſe ſi troverà mai in alcun libro. Ma almeno egli ſi dovea accorgere, che ella non era buona, da quello ch' egli ſteſſo annota nel libro XXIX. ſopra quella parola *bene vertant*, dove dice che non gli piace quel *bene vertant* in terza perſona, eſſendo il parlare converſo alla ſeconda: Il medeſimo errore è ora in queſta ſua emendazione. E ſe ben la vulgata anch' eſſa pecca in queſto, nondimeno è più tollerabile, perchè almeno è ſecondo i libri ſcritti, il che non è certo della ſua. Avvertendovi anco *incidenter*, che in quel luogo nel XXIX. la vulgata é manco male, che quella che egli ripone.

*Ut vigeſimo quarto quoque anno*. Quì è occorſo un grande errore, il quale non ſo donde ſia nato, o dalla oblivion del Sigonio, o dall' error de' voſtri ſtampatori; il che è ſtato, che avendo egli con giuſtiſſima ed ottima ragione levato via quella parola *quarto* nelle ſue annotazioni, è ſtata ſtampata nel libro di Livio, come di prima. A tutti i modi va levata via, sì per le ragioni veriſſime che mi adduce, e sì per autorità di tutti i libri ſcritti di Livio, ne' quali però non ſi trova anco quella parola *quoque*, di ſorte che ſi ha a leggere: *ut vigeſimo anno*.

*Qui ante caſtra urbem poſitam in medio*. Quì tengo che ſia error degli ſtampatori, che ci hanno laſciato mancar la negazione. ſi ha a leggere: *Qui ante caſtra non urbem &c.*

*Ne*

*Ne quid cum Albano.* Queſte due parole *cum Albano*, non ſono in neſſun libro.

*Fetialis* pro *t*, non pro *c*, ſi ha da ſcrivere da' libri ſcritti, ed antiqui monumenti; e per le medeſime autorità *trigemini*, non *tregemini*, *Curiatii*, non *Curatii*. E ſe vorrete vederne le inſcrizioni de' marmi, e medaglie, e tutto de' tempi buoni, quando non ſi creda a me, ve le manderò.

*Tu illo die, Jupiter, Populum R. ſic ferito.* Il Sigonio ha emendato così: *Tum me, Dieſpiter, Populum R. ſic ferito.* Ma come precede *me*, ſeguitando, *Populum R.* ſenza copula? ſalvo s' ei non voleſse dire *me Populum R.* il che è duro. Io ſe pur ſi aveſse da mutare la lezione ſcritta, direi (che ſarìa forſe meglio fare) *Tum tu Dieſpiter.*

*Navius.* Così dicono tutti i libri, i quali per ora voglio ſeguitare, maſſime per altri ſcontri, che ne ho.

*Ne id quidem ab Turno tuliſſe tacitum ferunt.* A lui in luogo di *ab Turno* è piacciuto *Turnum*, la quale lezione non ritrovo in neſſuno de' miei libri, che ſi accordano in queſto tutti con la vulgata, la qualo non ſo perchè diſpiaccia.

*Quam ſummam pecuniae* &c. Quì la vulgata non iſtà già bene, ma ſta manco male, che quella del Sigonio, ed è manco lontana dalla vera lezione.

Queſti ſono al mio giudicio i più importanti luoghi del primo libro. Vedete quanta ſcrittura ho fatto, benchè lo ſcrivere è ſtato la minor fatica, a riſpetto di quello, che è ſtato ad andar a cercare i luoghi e nel Livio, e nelle ſue annotazioni, e veder anche bene ſpeſſo i libri ſcritti per non incappare. Fate mò conghiettura voi in quanti errori egli debba eſſere incorſo in tutto il reſto. Il che non gli è già accaſcato per difetto d'ingegno; che lo ha aſſai bello, ma parte per eſſerſi abbattuto in mali libri, parte per non ſaper quanto nell' emendare gli autori ſi abbia a promettere della conghiettura.

Vengo ora a dirvi quello, che fare' io in queſto caſo, dovendo voi aver per iſcuſato me, in non mi gravare d'una tal fatica, e tanto lunga. Io, ſe fuſſi in voi, mi valerei in queſto del Sigonio iſteſſo, acciocchè quegli che ha fatto la ferita, la ſanaſſe anco, comme l'aſta di Peleo; ed a queſto crederei, che facilmente egli ſi poteſſe indurre, facendolo prima capace che i ſuoi libri ſcritti non ſono ſtati buoni, e che nelle conghietture ſi vuol andare un pocco più riſervatamente di quello che ha fatto egli. Quando egli averà queſti due avvertimenti dinanzi a gli occhi, ricorrendo la ſua ſteſſa edizione, ſi accorgerà molto bene, che molti luoghi ch' egli ha mutato nella vulgata, ſtanno bene, molti, che ſe non iſtanno bene, la ſua mutazione non li acconcia; e così in que' tali reſtituirà la vulgata. Ne gli doverà parere ſtrano queſto ritrattarſi, perchè maggiori maeſtri, che egli

egli, l'hanno fatto, conoſciuto gli errori loro; anzi ſarà più onor ſuo il farlo lui ſteſſo, piuttoſto che aſpettar che altri gli facciano libri contra. Ma ſe o voi non voleſte ricercarlo di queſto, per non contriſtarlo, o eſſo ricercato da voi non ſi voleſſe indurre a volerlo fare (il che però non poſſo credere) in queſto caſo biſognerìa, che vi valeſte dell' opera d'un qualche altro dotto voſtro amico. È perchè l' emendazioni del Sigonio conſiſtono parte ne i tempi, ed in nomi proprii, parte in altre parole; e i nomi proprii ſono parte di perſone, parte di luoghi: quanto a i tempi, ed a i nomi proprii delle perſone, vorrià che queſto tale ſapeſſe, che, o faccia il Sigonio da' libri, o per conghiettura, in queſto per eſſer egli così gran Cronologo, come è, poco può errare: ma ſe dove egli muta di conghiettura ſua quantunque vera, ma non da' libri di Livio, ſi voleſſe anco ſeguitare la vulgata, io lo lauderie per riverenza dell' antiqua ſcrittura, laſciando però ferma la ſua annotazione.

Quanto a i nomi proprii de' luoghi, fiumi, e mari, ed altre coſe ſimili, s' ei muta con l'autoriità de' libri di Livio, gli credo: ſe lo fa altrimenti, ho grandemente per ſoſpette tali mutazioni; perchè mi par d'averne notate alcune molto eſorbitanti, come è quella nel XXVI. libro, dove Livio deſcrive il viaggio d'Annibale partito da Roma, che in luogo di *Turiam*, che è nella vulgata, ha fatto *Sturam*. La *Stura*, ſecondo Feſto, o *Aſtura* ſecondo Plinio, che lo fa nome di Fiume, e d'Iſola, ed anco ſecondo Stefano, benchè egli lo fa nome di luogo ſolamente; ma ſia *Stura*, ovvero *Aſtura* (il che piuttoſto credo, perchè ancora vulgarmente ſi conſerva a queſto Fiume, e Terra il nome antiquo di *Aſtura* per *A* in principio della dizione) or ſia come ſi voglia, conſta tra noi, che è nelli Laurenti; conſiderate mò voi, ſe queſto può eſſer quel Fiume, di che Livio parla. Livio fa il ſuo Fiume *Turia*, o ſecondo i libri ſcritti *Tutia*, preſſo a Roma ſei miglia: e queſto *Stura*, o *Aſtura*, che ſi ſia, è lontano da Roma XL. miglia. Livio deſcrive il cammino di Annibale per Toſcana: e queſto è di la di Velletri alla volta di Napoli, paeſe *toto coelo* diverſo da quel cammino, in quel modo che faria la Spagna ad uno, che voleſſe d'Italia paſſare in Sorìa. In tali inconvenienti fa incorrere le perſone quantunque ingegnoſe la dolcezza della novità, e di voler far di ſuo cervello. Ma perchè mi potrià dire il Sigonio, qual è adunque queſta *Turia* deſcritta da Livio, s'ella non è queſta? S'io gli riſpondeſſi: *io non lo ſo*; *baſta che non è la tua Stura*; crederei aver ſoddisfatto, perchè in queſto caſo la vulgata ſta ferma, inſino che non ſi porta di meglio. Ma io non mi fermo ſu queſto, e dico, che chi vede il ſito de i luoghi o dipinto, o *in re praeſenti*, può molto ben trovare la verità di queſta coſa. E' in Toſcana un fiumicello che entra nel Tevere; preſſo è una picciola Terra, che ſi chiama Prima Porta, di qua dal fiume Cremera, da lungi da Roma appreſſo ſei miglia. Queſto è ſtimato eſſer la *Turia*, di che parla Livio, o *Tutia*, ſecondo

me; ed io lo credo, come fo le coſe che vedo con gli occhi, e tocco con le mani; tanto più che è appunto ſul cammino, che fa Annibale da Roma per Toſcana: e ſe di queſte tal fiume altro Autore non fa menzione, ciò è avvenuto per l'ignobilità, e picciolezza d' eſſo. Ma di queſto è detto aſſai. Se le mutazioni ſaranno circa altre parole, la vulgata fia ſempre di maggior autorità, eccetto alcuni luoghi acconci egregiamente, i quali facilmente compariranno a chi averà ingegno; e maſſime quelli, dove la conghiettura non muta più d'una lettera, come è quel luogo nel XXIV. libro: *Ne libera efferatur Reſp.* dove il Sigonio con aggiunger un *p* alla vulgata, ha illuminata tutta quella ſentenza; ed altri ſimili luoghi, che pur ve ne ſono degli aitri, benchè non molti; i quali m'increſce non aver notati, che vi gioveriano aſſai a queſto propoſito. Ne' ſuoi libri ſcritti poco mi fido, non perchè non dicano qualche volta il vero; ma perchè il più delle volte, e maſſime ne' luoghi più importanti, dicono il falſo. Onde tengo per ſicura, almen più di quella, la vulgata già ſtata ſcontrata con libri aſſai buoni, e da uomini non privi in tutto di giudicio. Vi ho detto quello, che mi parerìa bene, ſecondo la coſcienza mia. Averò per piacere, che queſta lettera non ſi moſtri a niuno, dico manco al Sigonio, perchè l'ho ſcritta ſolo a contemplazion voſtra, e per util voſtro; e non perchè il Sigonio ſe ne abbia da offendere; benchè eſſendo egli ingenuo, come voi me lo dipingete, non doverìa aver per male, che altri diſſentiſſero da lui in coſe di lettere, ma è più ſicura a tenerla in voi. E ſe per farlo capace de' mali libri e conghietture ſue, ad effetto d'indurlo a ritrattarſi, comme ho detto di ſopra, biſognerà ſcoprirli qualch' uno de ſopraddetti errori ſuoi, voi come da voi lo potrete fare. State ſano: di Roma, addì XXVII. di Marzo. M. D. L. VII.

IL FINE.

Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Praeſuli

# FORTUNATO MAUROCENO

## EPISCOPO TARVISINO,

& Pontificii Solii Epiſcopo Aſſiſtenti

*IO. ANTONIUS VULPIUS S. P. D.*

NON DEERUNT fortaſſe, PRAESUL ſapientiſſime, quibus res inſolens planeque a decoro aliena videatur, me TIBI potiſſimum, viro & inſtituto vitae, & dignitatis ratione graviſſimo, haſce GABRIELIS FAERNI Fabulas quae iterum profe-

runtur, nugas videlicet ac primae aetatis oblectamenta (ſic enim ipſi appellare amant) inſcribendi conſilium cepiſſe. Quid enim, dicent, Epiſcopo cum Apologis? aut quid tandem emolumenti fecerint rei Chriſtianae otioſorum hominum cogitata, acuta quantumvis atque elegantia? Huic ego generi obtrectatorum ad reprehendendum accuſandumque paratiſſimo ſatis reſponſum eſſe arbitrabor, ſi unam tantummodo aut alteram pagellam vertere voluerint: invenient enim, Silvium Antonianum, incredibili doctrina & pietate hominem, atavorum temporibus, hunc eumdem Fabularum Libellum quum primum ederetur, CAROLO BORROMAEO, S. R. E. CARDINALI, dicaviſſe: ei ſcilicet, quem propter excellentes divinaſque virtutes inter Coelites locatum veneramur. Quod ſi clariſſimo exemplo uti non liceret, non continuo mihi defenſionem omnem ereptam exiſtimarem. ſuppeditaret quippe longe gravior Sacrorum Librorum auctoritas, in quibus alicubi * arbores inter ſe colloquentes, & de rege creando deliberantes introducuntur: quod certiſſimum argumentum eſt antiquitatis, & nobilitatis Fabularum. At ſint hujuſmodi narrationes puerorum praecipue cauſſa effictae: num propterea princi-

* *Judicum c. 9. v. 8.*

pum

pum virorum auribus indignae cenſeri debent? Inter illa quae antiquis legumlatoribus, rerumque publicarum conditoribus cordi fuiſſe legimus, primum fere locum obtinuit inſtituendae juventutis cura; videbant etenim, in aetate illa rudi atque infirma bonorum malorumque temporum ſemina contineri; & idcirco nihil tenue, nihil puſillum ducebant, cujus adminiculo parentes melioribus liberis uti poſſent. Quantum vero nudam illam & incomtam veritatis faciem pueri aſpernentur, omnibus, opinor, paullo humanioribus perſpicuum eſt. Neceſſe igitur fuit ad eorum animos pravis cupiditatibus liberandos, virtutiſque amore ſenſim imbuendos, praeceptis e media philoſophia petitis jucunditatis aliquid inſpergere, ne ſcilicet honeſtarum rerum taedio ac labori turpium voluptatem anteponerent. Hinc porro intelligi poteſt, multa ex poëtarum figmentis, eaque non contemnenda, in hominum vitam commoda promanare: illud modo caveatur, ne ſine ullo diſcrimine quaecumque ab iis per ludum & jocum, aut etiam altiori quadam obſcuraque ratione ſcripta ſunt, adoleſcentibus ediſcenda proponantur. Nam ut olim Aegyptus magnam utilium, magnam item noxiarum herbarum vim producere, vulgari proverbio ferebatur; ſic in poëmatis futiles, molles, impiae-

que ſententiae, prope ſalubres honeſtaſque collocatae, paſſim occurrunt, quae mentes imperitorum a recti ſtudio facillime abducere, integriſque moribus peſtem atque exitium praeſentiſſimum afferre poſſint. Quapropter ſingularem innocentiae laudem tuliſſe videtur GABRIEL FAERNUS, qui Fabularum ſuarum materiam deligens ex optimis antiquitatis auctoribus, tamquam Catoni alicui, aut Curio induſtriam ſuam probaturus, eam ſemper in ſcribendo conſtantiam tenuit, ne quid minus virile, minuſve caſtum verſiculis ſuis immiſceret, & iis plerumque argumentis uteretur, quae ad appetitus legentium contrahendos, virtutemque commendandam valde profutura exiſtimaſſet. Hae igitur me cauſſae cohortatae ſunt, PRAESUL ornatiſſime, ut hoc TIBI munuſculum fidenter offerrem: ſed imprimis admirabilis humanitas tua dubitantem confirmavit; cujus ope & plurimum gratiae apud omnes qui TE noverunt collegiſti, & ut prae caeteris literarum ſtudioſi TE certatim diligerent, effeciſti. Quum etenim ea in FAMILIA natus ſis, quae in vetuſtiſſimis florentiſſimiſque totius VENETAE CIVITATIS numeratur, eumque PATRUUM habueris, qui rerum bellicarum ſplendore adeo claruit, ut cum invictiſſimis omnium ſaeculorum Imperatoribus conferri debeat, ejuſque nomen, licet exſtinc-

cti, barbaris nationibus timorem adhuc fugamque injicere poſſe videatur: in hac nihilominus tanta benignitate fortunae, ſuperbiam, faſtidium, arrogantiam TIBI magnopere fugienda eſſe duxiſti, idque ab adoleſcentia vitae genus amplexus es, in quo nihil praeclarius habetur, quam dignitates atque opes excelſo animo deſpicere, unam colere pietatem, inanibuſque vulgi opinionibus ſummo ſtudio adverſari. Atque ibi aetatem jucundiſſime exegiſſes, niſi CLEMENTIS XI. PONT. MAX. providentia TE ad TARVISINAM ECCLESIAM adminiſtrandam e ſolitudine illa evocaſſet. Hoc autem quanto conſilio ab OPTIMO PONTIFICE factum ſit, ii demum intelligunt, quibus ingenii, prudentiae, doctrinaeque tuae magnitudo antea perſpecta eſt. ut enim de rerum divinarum ſcientia, quam TIBI longis vigiliis aſſiduoque labore comparaſti, nihil in praeſentia loquar, nullum fere diſciplinarum genus eſt, quod non attigeris; nullum, cujus doctores non in familiarium amicorumque loco ſemper habueris. Memini ego, &, dum ſpiritu perfruar, non ſine grato quodam animi ſenſu, meminero, TE, quum primum inſtitutum hoc noſtrum vulgandi illuſtrandique bonos auctores, & cognoviſſes, & probaſſes, domum noſtram cupidiſſime adventaſſe, nobiſque gratulatum eſſe hanc

juvandi

juvandi elegantiores literas voluntatem, itemque pluribus verbis hortatum esse, ut susceptum opus, contemtis malevolorum hominum reprehensionibus, majore in dies alacritate urgeremus: quod etiam praestitit GERMANUS FRATER TUUS, Vir Amplissimus, TUIQUE vere simillimus, qui nuper PATAVINI GYMNASII procurationêm accepit; quum ei ANDREAE NAUGERII Monumenta, nostris curis collecta atque exornata, praebuissem. Nobis igitur eo studio, quo coepisti, ANTISTES humanissime, favere, obsecro, perge: &, ubi per otium licuerit, FAERNUM in manus sume, ejusque lectione animum seriis cogitationibus fatigatum remittere atque oblectare velis: id si feceris, magnum pulcherrimumque laborum meorum tulisse fructum mihi videbor. Vale.

Idibus Januariis. M. DCC. XVIII.

LEC-

# LECTORI
## BENEVOLO.

*LATINE Poeſeos incorruptus ille candor, germanaque ſuavitas, quam elegantiſſimi doctiſſimique homines ante duo fere ſaecula pertinaci labore, optimorumque poëtarum imitatione aſſecuti fuerant; neque ita longo intervallo temporis conſenuit, & jamdiu celebrari, atque in pretio haberi deſiit, amice Lector. Ut enim Sannazarios, Fracaſtorios, Bembos, Naugerios, Caſtilionios, Flaminios, Amalthaeos, Vidas, Lampridios, Caſas, caeteroſque eorum ſimiles fatum ſuum peremit; pauci admodum ad noſtram uſque aetatem exſtiterunt, qui aut ipſi aliquid egregium, & poſterorum cognitione dignum hoc in genere praeſtare poſſent, aut ullum omnino antiquae ſimplicitatis guſtum habere viderentur. Rurſus igitur ad barbariem, ſeu quid barbarie foedius atque inquinatius eſt, res poëtica paullatim rediit: quum interea homines leviter literis imbuti, ſuoque judicio beati, illud in condendo carmine unice ſpectarent, ne quid ſyllabarum rationi legique metricae adverſaretur: nihil praeterea de verborum delectu, nihil de figurarum ſplendore, de ſententiarum gravitate, de moribus animique affectibus exprimendis, de totius denique fabulae ſtructura & compoſitione ſolliciti. Quae nihilominus judiciorum perverſitas utcumque ferri potuiſſet, niſi ad illam gravius longe malum acceſſiſſet: quum enim primum ea colluvio in ſcholas invaſit, ſimul ornatiſſima, magniſque curis & vigiliis elaborata poëmata de manibus adoleſcentium excuti coeperunt; ut jam plerique ex iſtorum numero, qui aures ſuas*

*as ineptiis dedidere, illuſtrium ſcriptorum nomina ne fando quidem audiverint; quum caeteroquin* Suffenos, & venena omnia *(ut Catulli verbis utar) tamquam ungues, & digitos ſuos diligentiſſime teneant. Quo magis noſtra hac tempeſtate danda opera eſt, ut, quando in pulcherrimam ſpem veteris Eloquentiae reſtituendae nos adduxit excellentium quorumdam virorum induſtria, qui acerrimum contra falſas iſtiuſmodi opiniones bellum gerere numquam intermittunt; cultiſſimi quoque poëtae ex abdito bibliothecarum, ubi hactenus delituere, in lucem & conſpectum hominum, quaſi poſtliminio, revocentur, in eumque locum exiſtimationis & gloriae, unde per ſummam injuriam dejecti deturbatique fuerant, tandem aliquando reſtituantur.* Gabrielis *itaque* Faerni *Fabulas, ex antiquis auctoribus delectas, carminibuſque comprehenſas iterum proferre conſtituimus, digniſſimas ſane, non ſolum quae a pueris in ſcholis ediſcantur, ſed & in quibus legendis univerſi qui literas amant, otium ſuum collocare non dedignentur: quum enim formandis juventutis moribus multa utilia ſalubriaque praecepta continent, tum eo lepore conditae, eaque Latini ſermonis proprietate inſignes exſiſtunt, ut ex iis Terentianae atque Horatianae veneres quodammodo redolere videantur. Fabulis porro & alia ejuſdem ſcriptoris Carmina adjungere viſum eſt, in quibus omnibus elegantia par & doctrina conſpicitur, inprimis vero ſtudium probatiſſimorum melioris aevi poëtarum mirum in modum elucet: ſine quo Latinas Muſas qui tractant, ii demum gnaviter inſanire dicendi ſunt. Et quoniam eadem fati acerbitas* Faernum *praeripuit, quae* Andream Naugerium, *antequam ſcilicet fructum aliquem laborum ſuorum capere poſſet, idcirco Libellum quem de Verſibus Comicis inchoaverat, omittere noluimus; exiſtimantes gratum futurum eruditis id qualecumque ingentis operis rudimentum: non ſecus ac qui ſignis & picturis delectantur, nobilium*

*bilium artificum ſimulacra non modo perfecta atque expoïita, verum etiam mutila, vel primis tantummodo lineis informata conquirere conſueverunt. Ex hoc autem fragmento plurima σφάλματα, quae in editionem Florentinam anni M. D. LXV. irrepſerant, ſententiamque foede turbabant, accurate ſuſtulimus. Addidimus etiam* FAERNI *Praefationem (ut vocant) in Philippicas M. T. Ciceronis ex vetuſtiſſimo Codice Vaticano ipſius induſtria emendatas, nec non Vincentii Luchini, Petri Victorii, & Silvii Antoniani Epiſtolas ad* FAERNUM *pertinentes, eo conſilio ſcilicet, ut ingenium, & probitas viri, magnique pro bonarum literarum dignitate ab illo exantlati labores adoleſcentibus innoteſcerent. Aliam denique* FAERNI *Epiſtolam veracula lingua conſcriptam, & a paucis omnino viſam, qua Caroli Sigonii emendationes nonnullae in T. Livium reprehenduntur, & vulgata lectio defenditur, ut oculis tuis exhiberemus, Lector candide, nobis auctor fuit* DOMINICUS LAZARINUS *de Murro Maceratenſis, vir nobliſſimus, qui Graecas Latinaſque literas in Patavino Gymnaſio ſumma cum laude profitetur, & hoc potiſſimum anno T. Livii Hiſtoriarum libros docte & copioſe explanat, iiſdemque a Criticorum temeritate ſaepius male habitis ſaluti atque adjumento eſt. Hujus igitur cohortationem humaniſſimam, quam ante* FAERNI *Epiſtolam collocavimus (quod bono tuo fiat) perlegere ne graveris, noſque ad caetera quae ſunt in manibus perficienda favore tuo alacriores redde.*

# SILVII ANTONIANI
## *PRAEFATIO*
## IN FABULAS
# GABRIELI FAERNI
*AD*
## CAROLUM BORROMAEUM
S. R. E. CARDINALEM.

---

# CAROLO BORROMAEO
## S. R. E. PRESBYTERO
## CARD. AMPLISSIMO

*Silvius Antonianus.*

*QUANTA in puerorum institutione, & disciplina quum privatim a parentibus, tum a magistratibus publice, cura & diligentia adhibenda sit,* CAROLE *Cardinalis amplissime, veterum Philosophorum libri nobis indicio esse possunt: in quibus quamplurima, quae ad puerilem educationem pertinent, graviter & copiose explicata sunt: neque, ut arbitror, injuria: magna est enim principii vis; multumque adeo omni in re interest, quodnam potissimum exordium sumserit: nam quemadmodum ex minutissimo semine tantas arbores gigni, & procreari cernimus: item in homine accidit, ut, quae ab ineunte aetate quasi quaedam semina virtutum aut vitiorum animo exceperit, ea tamquam fibris primum, & radicibus quibusdam inhaereant, deinde sensim adulta ad extremum latissime diffundantur. Quocirca summa vigilantia opus est; dandaque opera ut tenera illa aetas, quae mollissimae cerae persimilis, ad artificis arbitrium facile fingi, & commutari potest, liberalibus studiis, bonisque moribus imbuatur: quod si nutrices in puerorum infantium corpore formando, & componendo multum laborare animadvertimus, ne quod membrum distortum sit, neve immoderatius productum, aut contractum: quanto id accuratius in animo, dum adhuc mollis, ut ita di-*



*cam,*

*cam, & flexibilis eſt, ſervari debet? quum praeſertim illius admirabilis pulchritudo non ad ornatum ſolum, ſed multo magis ad ſingularem utilitatem nobis a natura donata ſit? nam & nos ipſos beatos reddit, &, quod mirum eſt, ſuo decore alios quoque formoſos efficit, ac ſaepiſſime a parentibus in filios derivatur, plerumque etiam longa nepotum ſerie propagari ſolet: hinc illud apud graviſſimum poëtam, & optimum auctorem:*

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.

*Caeterum ſiquis cum eo puero, qui ad virtutem informari debeat, graviſſimis praeceptis ex intima philoſophia uti velit; nae is fruſtra laborem ſuſcipiet, multoque aliter evenire, atque ipſe exiſtimat, uſu doctus intelliget: pueri enim propter aetatis imbecillitatem ab hujuſmodi ſtudiis abhorrent, niſi delectatione aliqua, & jucunditate alliciantur: quocirca medicorum morem imitari oportet, qui poculi os melle inficiunt, ut infantes dulcedine capti, amaram potionem cupide abſorbeant: hac de cauſſa duo illi ſummi viri, & philoſopohorum facile principes, Plato, & Ariſtoteles, alter in ſecundo Dialogo de Rep. alter vero in ſeptimo Politico, pueros fictis illis feſtiviſque narrationibus, quas fabulas appellamus, inſtrui debere memoriae tradiderunt. Neque tamen inconſulte, ac temere, omnes anicularum fabellae pueris narrandae ſunt: ſed magnus delectus adhibendus, nimirum ut ea tantum audiant, quae illorum animos ad laborem excitent, &, gloriae facibus admotis, ad virtutis ſtudium incendant: nam ſicut illae umbratiles pugnae, quibus tirones exercentur, veri certaminis ſimulacra, & imagines ſunt: ita puerorum luſiones res graves, & ſerias imitari debent; quod ſane apologi optime praeſtant: lupos enim, & vulpeculas, nec non arbores, aut etiam res inanimatas, inter ſe colloquentes, & tamquam in aliqua rep. variis muneribus fungentes, ſenatum convocantes, magiſtratus gerentes, de bello, & pace deliberantes inducere, quid aliud eſt, quam hominum mores mirifice effingere? & expreſſam quotidianae vitae imaginem, tamquam in aliqua tabula depictam, nobis ante oculos proponere? Quae quum ita ſe habeant, Cardinalis praeſtantiſſime, profecto optime de hominum vita* GABRIEL FAERNUS, *vir doctus, & innocens, meritus eſt: is enim ex Aeſopo, egregio, & antiquiſſimo auctore, plurimas Fabulas, nonnullas etiam ex diverſis Graecis, & Latinis ſcriptoribus excerptas, carminibus elegantiſſimis explicavit, non ut interpres verba, ſed ut poëta ſententias, vim, acumen, leporem illum exprimens: hac ratione factum, ut, quod antea ipſum per ſe jucundum & ſuave erat, nunc verſibus exornatum longe ſuaviſſimum ſit: etenim mira*

*quaedam eſt in carminibus voluptas, & delectatio ; mirificeque omnes homines eorum ſuavitate capiuntur : quandoquidem ipſa natura ad numerum, & harmoniam proclives, ac propenſi videmur. Huc accedit, quod puerorum utilitati multo magis conſultum eſt. neque enim haec audire, aut perlegere ſatis eſt, niſi in memoria penitus inſideant, atque in illo rerum omnium theſauro ita recondita ſint, ut quum opus fuerit, facile depromi poſſint. facilius autem carmina, quam ſolutam orationem, memoria retineri quis ignorat ? nam verſus numeros, & modos habent, quibus tamquam certis limitibus definiuntur. Nec vero, mihi quidem ut videtur, ſolis pueris hic* FAERNI *labor utilis : quippe & poëtis, & oratoribus, caeteriſque omnibus, qui in rep. verſari volunt, harum rerum cognitio plurimum prodeſt. nam, ut poëſim omittam, quae tota apologis, & fabellis condita eſt ; quotuſquiſque eſt, qui ignoret, illas oratori ad perſuadendum magno eſſe adjumento ? nam ſaepe dicendum eſt apud homines rudes, & imperitos, qui quidem ingenii acie non ita acri, & acuta, ſed paullo hebetiore ſunt : itaque ſi rationibus diligenter conquiſitis, aliqua de re accurate argumentari & diſſerere velimus ; auditorum animos neque docere ſatis, neque delectare, & permovere umquam licebit. utendum igitur exemplis, & apologis, quibus maxime homines duci & delectari ſolent : quamquam praeſtant exemplis apologi, eo quod res geſtas praeteritorum temporum, noſtris ſimiles invenire, non ſemper in promtu eſt ; fingere autem, ingenioſo praeſertim, & acuto, facillimum. Adde, quod celerius, & nullo fere labore, quae ab oratore dicuntur, audientes percipiunt: nam fabulae quum a ſimilibus, & paribus, tum etiam a notiſſimis, & ſingulis ducuntur : at quae in argumentationibus ad concludendum aſſumimus, univerſa ſunt, & minus cognita. Sed quum ſit mortalium vita curis & moleſtiis referta ; liceatque aliquando nos occupationibus relaxare, & quaſi mitigare illam animi triſtitiam riſu & jocis : quinam obſecro ludus libero homine dignior inveniri poteſt ? quae ſuavior requies ? quae utilior oblectatio ? nam eodem tempore mentem, defatigatam curis, ſalibus & urbanis facetiis reficimus, ac recreamus ; multaque interim ediſcimus, quae in hac civili vita, hominumque communione, multis in rebus magno nobis uſui eſſe poſſunt. Quamobrem omnes boni, ut opinor, Viri doctiſſimi ſtudium, & laborem valde probabunt, magnaſque in primis gratias* PIO IV. PONT. MAX. *avunculo tuo, & agent, & habebunt, cujus liberalitate ad haec ſtudia* FAERNUS *vehementer incitatus eſt : ipſe enim quum adhuc Cardinalis eſſet (qui illius perpetuus eſt erga probos & literatos viros amor) humanitate & benevolentia hominem complexus, in fidem & clientelam ſuam recepit, ſic, ut ei* FAERNUS *ob doctrinam, & ſpectatos mores intimus & cariſſimus ſemper fuerit : itaque quum, illo patrono, ſuavi & literato otio frueretur ; nequaquam otioſum tempus traduxit, ſed ad emendandos clariſſimos Latinae linguae auctores,*

*auctores, nimia vetuſtate, & librariorum negligentia multis maculis inquinatos, ſe totum convertit : atque in hoc ſcribendi genere ingenium ſuum magna cum laude exercuit : multaque praeclara inchoavit, quaedam etiam abſolvit, & perpolivit : quae dum in lucem edere cogitat, illum nobis, non mediocri bonorum, ac ſtudioſorum hominum dolore, mors inſperata praeripuit : verum* PIUS *Sanctiſſimus, mortui memoriae, & hominum utilitati paterna caritate conſulens, ea typis imprimi, & paſſim pervulgari imperavit. Interea hoc opus, quod jam abſolutum erat, in tuo nomine,* BORROMAEE *clariſſime, jure optimo apparebit : nam &* FAERNUM, *dum viveret, praecipue diligebas : & omni liberali doctrina, literiſque politioribus mirifice delectaris : quamvis enim maximis, & graviſſimis Chriſtianae Reip. occupationibus ita diſtinearis, ut nullum tempus fere tibi a labore vacet : tamen ingenium tuum, natura praeſtans atque excellens, induſtria alere, optimarumque artium ſtudiis excolere numquam intermittis.*

# SELECTA
## DOCTORUM VIRORUM
*DE*
# GABRIELE FAERNO
# TESTIMONIA.

*Petrus Victorius Variarum Lectionum Libro X. Capite I.*

ITA certe putat GABRIEL FAERNUS: & bonus ipſe poëta: & acer exiſtimator ſcriptorum poëtarum. quique praeterea: in munere hoc corrigendorum veterum auctorum magna cum laude verſatus eſt: novitque praeclare vulnera antiquorum ſcriptorum, ac quibus in rebus labi plerumque, atque peccare librarii conſueſſent.

*Idem Libro XVI. Capite XXI. agens de loco Ciceronis in Oratione pro M. Marcello, a* FAERNO *reſtituto.*

HAEC ego multo antea adnotaram: . . . . . quum poſtea animadverti GABRIELEM FAERNUM, magni ingenii virum, peracriſque judicii, alia ratione priorem illam plagam curaſſe: quum enim diligentia ſua, ſtudioque, quod in optimis ſcriptoribus purgandis ponit, multas maculas ex hac Oratione deleverit, ita priorem illum locum excudendum curavit: *Quae quidem tanta eſt, ut trophaeis monimentiſque tuis allatura ſit finem aetas. &c.*

*Joannes Caſa in Epiſtola ad Galateum, de Ambitione, ex Carminibus ejuſdem.*

. . . . . PRIULUSQUE bonus, ſimplexque FAERNUS,
Prudens & verae virtutis cultor uterque:
Vitrea quos numquam titillat gloria, febris
Purgatos hujus.

*Leo-*

# TESTIMONIA.

*Leonardus Malaeſpina Epiſtola ad Lectorem, in Emendationes ac Suſpiciones ſuas in Epiſtolas Ciceronis ad Atticum, Brutum, & Q. Fratrem.*

VIDI ego nonnullos, qui, quae alii pro derelicto habuerint, ipſi, ut poſtea ex vetuſto aliquo exemplari cognitum eſt, ſanaverint & illuſtraverint. Quo in genere ſollertiſſimum cognovi GABRIELEM FAERNUM, amicum meum; cujus ego, paullo ante exſtincti, aut potius ad meliorem vitam (ea innocentia fuit) traducti, deſiderium ferre vix poſſum. Hoc ſcripti ab eo Libri in Terentium, Plautum, Livium, ipſum denique Ciceronem, teſtarentur, ſi foras dati fuiſſent. Sed eos audio, apud ſtudioſiſſimum bonarum artium adoleſcentem ſimulque & clariſſimum Cardinalem, Carolum Borromaeum eo conſilio ſervari, ut commodius edantur.

*Silvio Antoniano nel III. Libro della Educazione Criſtiana de' Figliuoli, al Capo XLI. parlando degli Apologi.*

MI OCCORRE ricordare, che GABRIELLO FAERNO di buona memoria, ne fece un libretto in verſi Latini, molto ben dettati, e ſono per lo più di quella maniera di verſi poco diſſimili alla proſa, il qual libro io feci già ſtampare la prima volta, e mi pare che il noſtro maeſtro ſe ne potrà tal volta valere con li ſuoi fanciulli, che con diletto vi apprenderanno utili amaeſtramenti, e buona Latinità.

*Fulvius Urſinus in Virgilio collatione ſcriptorum Graecorum illuſtrato, ad verſum 53. Eclogae I. ad illa verba:*
frigus opacum.

OMNIBUS, opinor, notum Pythii Apollinis oraculo carmen editum:

Εἴκοσι τὰῖς πρὸ κυνὸς, ἢ εἴκοσι ταὶς μετέπειτα.
Οἰκῳ ἐνὶ σκιερῷ, Διονύσῳ χρᾶσθ ἰατρῷ.

Quod ſane ita eleganter & argute vertit GABRIEL FAERNUS:

*Viginti ante Canem, totidem poſt ordine luces,*
*Umbroſae intra ſepta domus medico utere Baccho.*

Hen-

# TESTIMONIA.

*Hannibalis Cruceji Elegia ad* GABRIELEM FAERNUM, *nomine Caroli Vicecomitis ex Carminibus Poëtarum Nobilium Jo. Pauli Ubaldini ſtudio conquiſitis.*

QUOD mihi tam ſuavi condîta lepore dediſti
Carmina, Cryſtallo conſocianda meae;
Invicto fiat magis ut jucunda Philippo,
Et maneat ſaeclis nobilis innumeris;
Uſque adeo tibi me devinctum ſentio, ut a me
Deberi fatear maxima quaeque tibi.
Digna ſed officio tibi munera reddere tali
Non eſt fortunae, docte FAERNE, meae.
Ne tamen immemori, aut credas ſerviſſe maligno;
Exiguum mitto grati animi indicium.
Effigies haec eſt expreſſa nomiſmate parvo
Noſtra, ſuo verum nobilis artifice:
Hic licet aſpicias ferro mea membra rigere,
Et ſaevire atris Phorcidos ora comis;
Atque avidos rictus humero ex utroque leonum
Terrorem humanis mentibus incutere;
Non tamen humanae oſorem me crede quietis,
Gaudentem madidas ſanguine habere manus.
Sed quia permultae circumſtant undique curae
Mortales, miris dilacerantque modis:
Ambitio nam dira, & habendi caeca cupido,
Gaudia, formido, ſpes, amor, ira, dolor
Sollicitos urunt animos; truduntque, trahuntque,
Nec datur in medio pura ſopore quies:
Artificis voluit nos dextera docta monere,
Interiora notans exteriore nota:
Scilicet ut ferro munimus vulnera contra
Morte quod hic jam jam deſinet eſſe obita,
Sic quod ineſt nobis aevo delebile nullo,
Virtute ornemus atque alia, atque alia;
Alcidae exemplo: cujus pendentia collo
Hic, velut ipſe vides, ora monile tenet.
Ille etenim mentis, non clavae, robore praeſtans
Obſtitit imperio deterioris heri.
Et quae monſtra tenent ſubter praecordia ſedem,
Non quae docta canit Graecia, perdomuit:

Nem-

# TESTIMONIA.

Nempe animi motus nos in diverſa trahentes,
  Ut fragilem pelagi ſaeva procella ratem.
Nam genitum quemquam triplici quis corpore credat,
  Qualem priſca refert fabula Geryonem?
Quis cervam aeripedem? latrantemve ore trifauci
  Cerberon? aut tanto corpore Stymphalidas?
Aut uno capite abſciſſo quae bellua Lernae
  Orta venenato multa cruore dabat?
Aut quae alia appingit commentis Graecia felix;
  Quae nullis umquam viſa fuere locis?

*Ejuſdem in obitum* GABRIELIS FAERNI, *Parte* 1. *Delic. CC. Italorum Poëtarum, Ranutio Ghero collectore.*

DUM veterum auctorum inſtaurat monimenta FAERNUS,
  Et reddit vitae ſcripta Latina ſuae,
Invidit fera Parca, virumque ad Tartara truſit:
  Quodque aliis adimis hoc tibi, dixit, habe.

*Jo. Matthaeus Toſcanus de* GABRIELE FAERNO. *ex Tomo* 2. *Carminum Illuſtrium Poëtarum Italorum.*

CALLIOPE legeret numeros quum forte FAERNI,
  Emerſitne mari Comicus Afer? ait.

*Marcus Antonius Muretus Oratione XVIII. Vol. II. quae eſt de via ac ratione tradendarum diſciplinarum.*

OCTAVO *(anno puer)* incipiat jam aliquid audire, aliquid legere, idque ejuſmodi ut ad formandos mores nonnihil conferat, & voluptatem potius adferat, quam magnam ullam animi contentionem requirat. In hoc genere apud Graecos excellunt Aeſopi fabulae, & Phocylidis carmina: Latini talium Scriptorum inopia laborant, niſi quis eaſdem illas Fabulas ab optimo, & eruditiſſimo viro GABRIELE FAERNO Latinis verſibus elegantiſſime expreſſas illi aetati proponendas putet.

*Caſpar Barthius Adverſariorum Libro XXXV. Capite XXI.*

FAERNUS omnium qui umquam Fabulas ſcripſerunt, longo intervallo exactiſſimus, & ſubactiſſimus.

# TESTIMONIA.

## *L'Abate Girolamo Ghilini, nel Volume II. del ſuo Teatro degli Uomini Letterati.*

TRA gli uomini Letterati, che ſono uſciti dalla Città di Cremona, chiariſſimo ſi fa vedere GABRIELLO FAERNO ſuo Cittadino, uomo riguardevole così per l'eccellenza delle Lettere Greche, e Latine, come per la ſomma innocenza di vita, e candidezza di coſtumi. Fu anco intendentiſſimo di Poeſia, nella quale ſi dimoſtrò ſempre di vena dolciſſima, da terſo, ed elegante ſtile accompagnata. Vedendo egli, che alcuni celebratiſſimi Autori della lingua Latina rimanevano, o per difetto de' ſtampatori, o per cauſa dell' antichità, di non poci errori macchiati, ſi miſe a correggerli, ed a ridurli in tale ſtato, che li ne riſultò da così profittevole fatica una grandiſſima lode preſſo gl' intendenti; correſſe dunque in particolare Plauto, Ceſare, Livio, e Svetonio. Per li meriti della ſua gran dottrina, e bontà di vita, fu cariſſimo a PIO IV. ed ebbe con lui ſtrettiſſima famigliarità così avanti, che foſſe aſſunto al Pontificato, come dopo; ed in queſta andò egli talmente continuando, che acquiſtataſi interamente la ſua grazia, fu ricevuto fra i ſuoi più intimi famigliari. Scriſſe molte coſe, delle quali poche godono la pubblica luce per cauſa della morte, che impedì il finimento, e la perfezione di eſſe; contuttociò il ſuddetto Papa, che in vita ſe gli era ſempre dimoſtrato parzialiſſimo Mecenate, ſi compiacque anco dopo morte di perſeverare nell' iſteſſa protezione di lui; imperocchè a benefizio degli ſtudioſi lettori, ed a gloria del FAERNO, fece pubblicare dalle ſtampe Romane, cento ſue Favole morali in verſi egregiamente ſpiegate, le quali tra le molte altre da lui ſcritte, ma laſciate imperfette, furono giudicate degne d'uſcir in occhio del Mondo, e ſono così intitolate: *Fabulae centum ex Antiquis Auctoribus delectae, & carminibus explicatae.* Le altre ſue opere, oltre a quelle, che ſi conſervano manoſcritte nella Libreria, che fu del Cardinale, ed Arciveſcovo San Carlo Borromeo, furono ſimilmente ſtampate, e ſono: *Terentii Comoediae ex vetuſtiſſimis libris, & verſuum ratione emendatae: Cenſura Emendationum Livianarum: Fragmentum Eugraphii Interpretis in Fabulas Pub. Terentii: de Metris Comicis Liber unus: in Lutheranos, ſectam Germanicam: ed alcune Elegie Latine.* Finì egli la ſua vita in Roma, addì 17. di Novembre dell' anno 1561. non ſenza gran ſentimento di PIO IV. e con dolore di tutti i Letterati, e di quelli che lo conoſcevano.

# GABRIELIS
# FAERNI
## CREMONENSIS

## *FABULAE CENTUM*

Ex Antiquis Auctoribus delectae.

# TESTIMONIA

## GABRIELIS

## HAENRICI

## CREMONENSIS

## PRAEMONSTRATENSIS

# GABRIELIS FAERNI

## FABULAE CENTUM.

## FABULA I.

### *Ollae duae, Aenea, & Fictilis.*

DUAS trahebat amnis ollas, aeneam
Unam, alteram autem fictilem.
Sed ahena, proprio praegravata pondere,
Sibique porro praecavens,
Suadere coepit anteeunti fictili,
Conjungi uti vellet sibi,
Quo rapidum aquarum sustinerent impetum
Junctis utrimque viribus.

Cui fictilis, Tua mihi, ait, vicinitas
Non admodum placet, soror:
Nam sive te mihi unda, sive me tibi
Prope adnatantem illiserit,
Ut sospitem te dura praestabit cutis,
Fragilem meam sic conteret.
*Potentiorum semper est vicinitas*
*Vitanda tenuioribus.*

## I. FABLE

*Les deux Marmites, l'une d'Airain & l'autre d'Argile.*

DEUX Marmites, un jour, de diverse matiere,
Car l'une étoit d'argile & l'autre étoit d'airain,
Voguoient au gré d'une riviere.
Celle-cy pesante & grossiere,
Craignant d'aller à fond rejoindre le terrain,
Fit à l'autre cette priere:
Ma sœur, au nom des Dieux n'allez pas si grand train,
Si nous marchions de compagnie,
Et l'une & l'autre bien unie,
Nous resisterions mieux au perfide Element,
Qu'en cheminant separément.
Ma sœur, lui dit la Marmite d'argile,
Vôtre priere est inutile,
Je n'aime point à m'aprocher de vous,
Et j'aprehende trop vos coups;

Vous êtes, dure & je ſuis tendre,
Dès le moment que vous me toucherez,
Quelle autre choſe en dois-je attendre,
Sinon que vous me briſerez ?
" Des grands Seigneurs le voiſinage
" N'apporte aux Petits que dommage.

II. *Jupi-*

## II.

### *Jupiter, & Minerva.*

LEGERE proprias Dii ſibi quondam arbores,
Quam quiſque vellet eſſe tutela in ſua:
Quercum ſupremus Jupiter, myrtum Venus,
Pinum humidi tridentifer Rector ſali,
Apollo laurum, populum excelſam Hercules.
Mirata enimvero eſt Minerva, cur ita
Infructuoſas legere voluiſſent, quibus
Tantum ad manum eſſet fructuoſarum arborum.
Cui Jupiter cauſſam hanc roganti reddidit;
Ne exiſtimemur fructu honorem vendere.

Tum Pallas, At vos facite quod vobis lubet:
Ego, inquit, oleam fructuum cauſſa lego.
Exoſculatus filiam tum Jupiter,
O nata, dixit, jure ſapiens omnibus
Dicere ſaeclis: jure tu capitis mei
Propago: nam *quod facimus, id niſi utile eſt,*
*Stulta omnis atque inanis inde eſt gloria.*

## II.

## *Jupiter & Minerve.*

ENTRE les beaux Arbres qu'ils virent,
Les Dieux à leur gré s'en choiſirent,
Et ſe declarerent pour eux.
Jupiter prit le Cheſne & la fille de l'Onde
Venus prit le Mirthe amoureux;
Neptune, dont les bras environnent le Monde,
Choiſit le Pin; Apollon le Laurier;
Hercule prit le Peuplier.
Minerve s'étonna que des Arbres ſteriles
Euſſent des Dieux l'heureux choix merité,
Qui ſur de beaux Arbres fertiles
Avec plus de raiſon ſe ſeroit arrêté:
Voudrois-tu que l'honneur ſe vendît ſur la Terre,
Lui dit le Maître du Tonnerre?

Chacun comme il l'entend, dit-elle, ſe conduit;
Moi j'aime l'Olivier à cauſe de ſon fruit.
Que merveilleuſe eſt ta ſageſſe
Qui donne à toute choſe & ſon prix & ſon rang!
Dit Jupiter, & que dans cette adreſſe
Avec plaiſir je reconnois mon ſang!
" De ce qui n'eſt pas profitable
" La gloire n'eſt point veritable.

III.



## III.

### *Leo, Aſinus, & Vulpes.*

INita ſocietate aſinus, & leo, ac vulpes,
Venatum iëre. quumque praeda jam multa
Facta eſſet, atque hanc tres aſellus in partes
Dividere juſſus, ex bono eſſet atque aequo
Partitus, ira leo ſuperbus exarſit:
Miſerumque diviſorem atrociter ſane
Doli mali atque iniquitatis accuſans,
Diſcerptum, hianti condidit vorax alvo:
Rictu cruento deinde verſus ad vulpem,
Ut faceret aequas ſedulo innuit partes.

Ea ferme ab una parte cuncta ſecrevit
Leoni: ab altera id ſibi quod a tanta
Pauxillulum detractione reſtabat.
Tum geſtiens leo, Unde, ait, ſoror vulpes,
Es dividundo tam erudita communi?
Aſini calamitas, exituſque lugubris
Me fecit, inquit illa, jureconſultam.
*Aliena ſunt pericla cautio noſtra.*

## III.

### *Le Lion, l'Ane, & le Renard.*

LE Lion, l'Ane & le Renard
Chaſſoient un jour tous trois de compagnie,
Et quand la chaſſe ut finie,
L'Ane eut ordre de faire à chacun d'eux ſa part;
Il le fit ſans ſupercherie.
Le Lion cependant autrement en jugea,
L'accuſa de friponerie,
Et tombant ſur lui de furie,
L'étendit mort & le mangea.
Enſuite détournant ſa vûë,
Faits, dit-il au Renard, faits nos parts promptement,
Et qu'à les faire ſagement
Ton habileté s'évertuë.
Le Renard en tremblant fit le partage, & mit
D'un côté preſque tout & preſque rien de l'autre;
Puis s'approchant du Lion, il lui dit:

De ces deux tas, Seigneur, le plus gros eſt le vôtre,
Et ce m'eſt trop encor d'avoir le plus petit.
Le Lion voyant ce partage,
Lui dit? frére Renard, qui t'a rendu ſi ſage?
Et le Renard répondit ſans façon :
C'eſt l'Ane mort qui m'a fait ma leçon.
" Quand le voiſin ſouffre quelque dommage,
" On doit en devenir plus ſage.



## IV.

### *Asinus, & Lupus.*

Calcatus asino clavus, in pede haeserat:
Quem lupus acuta fretus acie dentium,
Medicum professus, atque pactus praemium,
Extraxit: itaque exigere mercedem institit.
Obversus asinus, graviter os improvidi
Lupi, atque mediam calce frontem perculit.
Ibi lupus, Jure, inquit, hoc mihi accidit:
Neque enim, coquus qui sum, agere medicum debui.
*Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.*

## IV.

## *L'Ane & le Loup.*

UN Ane prit un clou de ruë,
Qui le rendit eſtropié;
Le Loup, grand mangeur de chair cruë,
S'offrit de lui guerir le pied.
Alors en Medicin habile
Il regarde la playe, & d'une dent ſubtile,
Tire le clou ſans lui faire de mal;
Puis demande ſa recompenſe.
Alors d'un coup de pied le ſournois animal
Lui fait ſauter les dents, lorſque moins il y penſe.
C'eſt bien fait, dit le Loup, je ne puis le nier;
C'eſt en uſer en bête raiſonnable:
J'ai voulu faire ici le Medecin capable,
Et je ne ſuis qu'un Cuiſinier.
" Que chacun faſſe ſon metier.

## V.

V.

*Leo mente captus, & Caprea.*

PERCITUM atra bile caprea quum leonem cerneret,
Pervagantem lata campi ſpatia veſanis modis,
O ferarum triſte fatum, dixit, ac miſerrimum:
Nam leo ſi compos animi, non erat ferri potis:
Nunc ubi inſanire coepit, quam erit atrox, & impotens?
*Fulmen eſt, ubi cum poteſtate habitat iracundia.*

## V.

### *Le Lion enragé & la Chevre.*

UNE Chevre en voyant un Lion plein de rage,
Dans les champs, dans les bois, faire un affreux ravage:
O pauvres animaux, dit-elle, où vous cacher,
Puiſqu'au plus beau de ſon humeur paiſible
Il eſt encore ſi terrible
Qu'on n'oſeroit en approcher!
" Rien n'eſt plus dangereux que la fière alliance
" Du Courroux & de la Puiſſance.

## VI.



## VI.

### *Aſini duo.*

ASini duo una forte faciebant iter,
Onuſtus alter ſpongiis, alter ſale.
Quumque hic vadoſo in profluentis tranſitu
Sub praegravante lapſus eſſet ſarcina;
Contacto aqua ſale, inque tabem liquidam
Soluto, ab omni liber onere & geſtiens
Evaſit undis. Spongias alter ferens,
Hoc viſo, & ipſe ſarcina ſeſe ut ſua
Levaret, alto ſponte procubuit vado:

Sed ſpongiis aquam uſque combibentibus
Depreſſus, imo merſus haeſit flumine.
*Non una agendi ratio cunctis congruit.*

## VI.

### *Les Deux Anes.*

DEUX Anes cheminant, l'un d'éponges chargé,
L'autre de ſel, ſur leur paſſage
Rencontrérent un mareſcage,
Où celui-ci tombant fut preſque ſubmergé;
Mais au beſoin prenant courage.
Et le ſel ſe fondant, il fut fort ſoulagé.
D'en faire autant l'autre eut envie;
Mais les éponges prenant l'eau,
Si peſant devint le fardeau,
Qu'au fond du lac l'Ane perdit la vie.
" D'un même avis & d'un même conſeil,
" L'evènement n'eſt pas toûjours pareil.

## VII.

### *Formica & Cicada.*

HIBERNO exponunt dum frumenta humida ſoli
Formicae, confecta fame, & moribunda cicada
Auxilium rebus ſupplex orabat egenis.
Hanc formica anus, & multo uſu docta rogavit,
Quid rerum aeſtate egiſſet: quumque illa, ſonoro
Se membranarum pulſu, & crepitantibus alis,
Diceret aeſtivos hominum leniſſe labores;
Formica excipiens, Si tunc, inquit, ceciniſti
Imprudens animi, vacuo nunc corpore ſalta.
*Aetatis dum ver agitur, tum conſule brumae.*

## VII.

### *La Fourmi & la Cigale.*

DES prudentes Fourmis la Famille frugale
Expoſoit au ſoleil ſes grains pour les ſecher,
Lorſqu'une famélique & mourante Cigale
Les ſuplia de ſe laiſſer toucher
A ſa miſére ſans égale.
Une vieille Fourmi, qu'elle ſcandaliſoit,
L'interrogea de ce qu'elle faiſoit
Pendant la ſaiſon des javelles.
Elle dit: je chantois, & le bruit de mes ailes
Charmoit des moiſonneurs le travail & l'ennui.
Vous chantiez, répondit la vieille ménagère,
Et bien dancez donc aujourd'hui
Que la faim vous rend ſi legère.
" Tout homme, s'il n'eſt hebeté,
' Doit ſonger à l'hyver quand il eſt en eſté.

## VIII.

### *Turdi.*

EX maximo quum forte turdorum globo,
Ad praecoces vindemias qui Galliae
Togatae Etruſcis devolarant montibus,
Exigua ſane pars revertiſſent domum,
Sed hi ſagina craſſi, obeſi, praegraves;
Hos conſpicati qui domi remanſerant,
Livore tacti, ſe ſuamque peſſimam
Coepere ſortem conqueri, quod cum iis ſimul
Ad tam beatas non profecti eſſent dapes.
Quibus unus ex iis, qui reverſi erant, ait:
O inſcientes, atque rerum improvidi,

An non videtis, ex quot ante millibus,
Qui exiveramus ſpe ſaginae, & crapulae,
Ad quam redacti paucitatem nunc ſumus?
Foedo exitu deſideratis caeteris,
Captis, necatis, ſub corona venditis.
Quod ſi miſerias, ſi pericla, ſi metus,
Si cuncta, quae nos, qui ſuperſumus, mala
Pertulimus, aeſtimetis, & caſus graves:
Nae haec ſtulta vobis jam libido fugerit,
Externa conquiſitum eundi pabula.

*Paucos beavit aula, plures perdidit:*
*Sed & hos quoque ipſos, quos beavit, perdidit.*

## VIII.

### *Les Grives.*

UNE grande troupe de Grives,
De la Savoye ayant paſſé les Monts,
Alla deſcendre en de fertiles fonds
Sur quelques vandanges hâtives,
Dont la maturité devançoit les Saiſons.
Quelques unes s'en retournérent;
Mais en petite quantité.
Aprés avoir bien profité
Des bons raiſins dont elles ſe crevérent.
Les Grives du Païs, voyant leur embonpoint,
Leur gayeté, leur beau plumage,
Dans le fond de leur coeur ne ſe conſoloient point
De n'avoir pas fait le voyage.
Une qui revenoit leur dit: mes chères ſoeurs,
Ne nous enviez point de pareilles douceurs;
De mille qui ſont deſcenduës,
Quatre ne ſont pas revenuës:
Les unes ont peri dans de traitres filets,
Les autres par le plomb, les autres par les traits;
Des milliers ont été venduës.
Pour nous, que dans ces lieux le Ciel ramene en paix,
Si vous ſaviez nos ſoins, non craintes, nos diſgraces,
Vous ne ſouhaitteriez jamais
A tel pris de devenir graſſes.
" La Cour fait peu d'hommes heureux,
" Quand même elle exauce leurs voeux.



## IX.

### *Sus, & Canis.*

MAGNA invicem contentione exarſerant
Sus, & canis; magnamque voce diſſona
Rixam ciebant, atque acerba jurgia.
Tandem ſuperbis exacerbatus minis
Sus, Per Venerem, ait, ſi mihi perrexeris
Moleſtus eſſe, dente te transfodero.
Tum canis amaris ſalibus aſpergens ſuem,
Bene, inquit, atque appoſite eam juras Deam,
Quae te odit adeo, ut, qui ex tua impuriſſima

Carne ederit, eum illa arceat templo ſuo.
Immo potes, ſus inquit, hinc dignoſcere,
Quam diligat me Diva, quae hunc, qui laeſerit
Me, quique carnes dente violarit meas,
Eum ut profanum nolit ad ſe admittere.
*Prudens vir ea, quae exprobrat adverſarius,*
*Ipſe in ſuam torquere novit gloriam.*

## IX.

## *Le Pourceau & le Chien.*

ENTRE un Chien d'une part, & de l'autre un Pourceau
S'émut une noiſe terrible;
Injures, maudiſſons ſortoient de leur muſeau,
Avec une fureur horrible.
Enfin le Porc outré dit au Chien: impudent,
Je te perceray de ma dent,
J'en jure par Venus à qui tout eſt poſſible,
Si tu me dis encor deux mots.
Voila Venus miſe bien à propos,
Reprit le Chien, elle qui te déteſte,
Et qui te hait plus que la peſte:
On ſait que de ta chair on n'oſeroit manger,
Quand on veut entrer dans ſon temple.
Te faut-il de ſa haine une preuve plus ample?

Par

Par là, dit le Pourceau, tu dois plûtôt juger
Combien m'aime cette Deeſſe,
Et quelle eſt pour moi ſa tendreſſe,
Puis qu'elle ne pourroit ſouffrir
Quiconque m'auroit fait mourir.
" Un homme adroit, un homme ſage
" Tourne tout à ſon avantage.

X.

*Senex, & Mors.*

LIGNATUM egreſſus nemoroſi ad culmina montis
Confecto ſub faſce ſenex ſeſe inde ferebat:
Quumque labore viae, atque injuſto pondere preſſus
Abjeciſſet onus, ſolis deprenſus in arvis
Mortem implorabat, mortem ſaepe ore ciebat.
Ecce autem huic dirae ſpecies ſe pallida mortis
Obtulit, &, ſi quid vellet, praeſto eſſe profeſſa eſt.
Ille metu ſudans, atque in contraria verſus
Vota, Juva me, inquit, tergo hunc imponere faſcem.
*Multi abſentem audent mortem contemnere, quae mox*
*Terret eos, veris repraeſentata periclis.*

## X.

### *Le Vieillard & la Mort.*

UN vieillard Bucheron, laſſé de ſon travail,
Et de porter une charge ſi lourde,
Mit à bas ſa groſſe falourde,
Sa ſerpe, ſa coignée & tout ſon attirail;
Puis conjura la mort de venir à ſon aide.
Elle vint auſſi-tôt. Il la trouva ſi laide,
Que de crainte & d'horreur il étoit tout en eau.
Que me veux-tu ? lui dit le ſpectre épouventable.
Que vous m'aidiez, reprit ce miſerable,
A me remettre mon fardeau.
" Tel de la Mort rit & plaiſante,
" Qui tremble, qui fremit dès qu'elle ſe preſente.

## XI.

### *Mergus, Rubus, Veſpertilio.*

MERCATURAE olim ſocii, vaſa aenea mergus,
Veſtimenta rubus, argentum foenore ſumtum
Beſtia, quae mures inter volucreſque locatur,
Contulerant; atque his onerata mercibus alno,
Vela dabant laeti minuente pericula lucro:
Quum ſubito miſeros immanis adorta procella
Vorticibus rapidis navim cum mercibus hauſit.
Ipſi udi, atque inopes, vix fluctibus evaſerunt.
Ex illo mergus ſpumoſa ad litora ſervat,
Si qua unda allidens, ſua reddat ab aequore vaſa.



IX

Obvia veſtimenta rubus per rura vagantum,
Si ſua forte recognoſcat, ſcabro ungue retentat.
At veſpertilio, longo quae tempore debet
Argenti ſummam, ſpatiis foenebribus auctam,
Luce appellari metuens, clam nocte vagatur.

*Sponte revertuntur vitia intermiſſa; malaeque*
*Invitos aufert nos conſuetudinis aeſtus.*

## XI.

### *Le Plongeon, le Buiſſon & la Chauve-Souris.*

LE Plongeon, le Buiſſon & la Chauve-ſouris,
Voulant par le négoce avancer leur fortune,
Commirent aux flots de Neptune
Cent marchandiſes de haut prix:
Le Plongeon des bijoux, le Buiſſon des habits
D'étoffe riche & précieuſe,
Et la Chauve-ſouris ſagement apporta
Pour le trafic une ſomme nombreuſe
D'or & d'argent qu'elle emprunta.
Ils commençoient encor leur utile voyage,
Lors qu'un affreux & promt orage
Si vîte à fond fit couler leur Vaiſſeau,
Qu'à peine les Marchands gagant le bord de l'eau,
Se ſauvérent-ils du naufrage.
Depuis ce jour d'un regard arrêté
Le Plongeon inquiet va le long du rivage

Exami-

Examiner, ſi de tout ſon bagage
La Mer n'aura rien rejetté.
Le Buiſſon, dès qu'on s'en approche,
Tous les vêtemens il accroche,
Pour voir s'il ne ſont point le prix de ſes deniers;
Et la Chauve-ſouris, quand la nuit eſt venuë,
Se déguiſe en Oiſeau pour n'être pas connuë
Par quelqu'un de ſes Créanciers.
" Quoi que ſur ſoi l'on veille avec beacoup d'étude,
" On ſe corrige peu d'une vieille habitude.

XII.



## XII.

### *Cornix, & Canis.*

CORNIX Minervae ſacrificans, epulis canem
Convivam adhibuit: ille amice eam monens,
O bona, quid opus eſt tam tibi iratae Deae
Te ſacra facere? perdis, inquit, victimas.
Abjecit illa te, & peculiaribus
Omnem fidem abrogavit auguriis tuis.
Tu cetera ex hoc conjice, & dijudica.
Tum magnum ab alto corde agens ſuſpirium
Cornix, Scio, inquit, quae refers de odio Deae:

Ego tamen neutiquam animum deſpondeo:
Quin potius id ago, ut ſacrificando, & munera
Crebro offerendo, mitigem iratam Deam,
Offenſionemque obſequela leniam.

*Qui vincere adverſarium ex tuto cupit,*
*Beneficiis & gratia certet bona.*

## XII.

### *La Corneille & le Chien.*

A Minerve autrefois la pieuſe Corneille
Ayant ſacrifié, pria dès le matin,
Un Levrier d'être de ſon feſtin.
Ce Levrier lui dit: je vous conſeille
De vous tenir en paix, ſans plus vous amuſer
A fair deſormais ni vœu, ni ſacrifice:
La Deeſſe vous hait & c'eſt vous abuſer,
Que de croire par là vous la rendre propice.
Elle eſt cauſe, on le ſait, que l'on n'a plus de foy
Pour vos admirables augures,
Jugez du reſte. Je le voy,
Et diſſimule ces injures,
Dit la Corneille en gemiſſant,
Mais je ne perds point l'eſperance

De

De la flechir en la preſſant,
Et j'attens tout de ſa clémence:
Je ſauray tant la ſupplier,
Et de ſi bon coeur la prier,
Qu'elle agréera mes ſacrifices
" Point n'eſt de coeur qu'on ne faſſe plier
" A force de bienfaits, de dons & de ſervices.

## XIII.

*Corvus, & Mater.*

DESTITUTUS corvus aeger mortis in periculo,
Anxius matrem rogabat, ut ſalute pro ſua
Vota Diis concepta ſupplex, & preces effunderet.
Nate mi, quid vota pro te, mater inquit, proderunt,
Qui tibi omnes reddidiſti ſemper infenſos Deos?
Nam quis, obſecro, eſt eorum, cujus ex altaribus
Exta tu non involaris, ſacra non turbaveris?

*Impotenter qui nocere caeteris aſſueverit,*
*Nullus illum ſublevatum in rebus adverſis volet.*

## XIII.

### *Le Corbeau & ſa Mére.*

UN Corbeau dans ſon nid triſtement alité,
Et malade à l'extremité,
Supplioit tendrement ſa mére
D'offrir des voeux au Ciel pour calmer ſa colère,
Et pour en obtenir ſa premiere ſanté.
Comment penſes-tu, lui dit-elle,
Etre écouté des Immortels,
Puiſqu'il n'en eſt pas un, dont ta griffe cruelle
N'ait de mille larcins profané les Autels.
" Peu ſont reçus les voeux & les victimes
" D'un ſcelerat noirci de crimes.



## XIV.

### *Muſca.*

IN carnium ollam muſca quondam decidit:
Ubi quum cibo potuque diſtenta, ac madens,
Paullatim in alto jure ſeſe cerneret
Peſſum ire, mortemque imminere jam ſibi,
Interrito, atque compoſito animo oppetens,
Ego tantum, ait, bibi, & comedi, & lavi, ut hunc
Satura exitum ferre haud moleſte debeam.
*Id, quod neceſſe eſt, fer, bonique conſule.*

## XIV.

### *La Mouche.*

UNE Mouche tomba dans une ample marmite,
Où s'étant bien remplie & de viande & de jus,
Il faut finir, dit-elle, en mouche de merite,
Et ne point ſe répandre en regrets ſuperflus.
J'ay bû, j'ay mangé comme trente;
Je meurs ſatisfaite & contente.
" Lorſqu'un malheur ne ſe peut éviter,
" De bonne grace il faut le ſupporter.

## XV.

*Ruſticus & Eques.*

VENALEM tergo leporem quum ferret ad urbem
Ruſticus, inſerto vincta inter crura bacillo,
Obvius huic eques, emturi ſub imagine ſumſit,
Libravitque manu leporem; quantique, rogavit:
Protinus & vafram referens per rura rapinam
Admiſſo diſceſſit equo. cui ruſticus, Heus tu,
Inquit, eum dono leporem tibi: veſcere gratis,
Veſcere laeto animo, & memori donantis amici.

*Ridicule haec homines, nequeunt quae vendere, donant.*

## XV.

### *Le Païſan & le Cavalier.*

UN Païſan portoit ſur ſon épaule
Un Lièvre ayant les pieds paſſés dans une gaule ;
Il le portoit vendre au marché.
Un Cavalier allant la même voye,
Conſidera le Lièvre, & comme étant touché
D'une ſi belle & bonne proye,
Le prit, le ſoûpeſa, puis demandant combien ?
Piqua des deux. Le Ruſtre jugeant bien
Qu'il n'en devoit plus rien attendre,
Cria : je vous le donne & donne de bon cœur,
Souvenez-vous de votre ſerviteur.
" Souvent on donne ainſi ce qu'on ne ſauroit vendre.

## XVI.

### *Equus, & Aſinus.*

EQUUS, atque aſellus, ſervientes uni hero,
Uterque propria onuſtus ibat ſarcina:
Sed aſellus adeo jam gravabatur ſua,
Ut cogeretur partis alicujus ſibi
Supplex levamen ab ſodali expoſcere:
Quo denegante, prae labore concidens
Miſer ſupremum aſellus egit halitum.
Tum vero, ut aſini ſarcina, & corium inſuper
Equo ad priorem ſarcinam ſunt addita,
Miſerum ille ſe vocabat, atque perditum:

Nam qui levare contubernalem meum
Parte oneris, inquit, nolui, nunc omnia
Geſto, atque corium, tertiae inſtar ſarcinae.

*Si tenuiorem juverit potentior,*
*Utrique melius fuerit, & prolixius.*

## XVII.

### *Le Cheval & l'Ane.*

D'UN même Maître l'Ane & le Cheval,
Tous deux chargez faiſoient voyage.
L'Ane accablé ſous le faix du bagage,
Alloit priant l'autre animal
D'en vouloir prendre une partie:
Le Cheval ne l'écouta pas,
Et l'Ane au bout de quatre pas,
Sous le fardeau laiſſa la vie.
Le fier Cheval ſe vit alors,
Malgré ſon arrogance extrême,
Contraint de porter ſur ſon corps
Le fais de l'Ane & ſa peau même.
Ciel! cria-til, quel eſt mon ſort?
Pour avoir refuſé, par une humeur trop fière,
D'aider mon compagnon qui vient de tomber mort,
Seul je porte aujour'dhuy la charge toute entière.
" Si l'homme accommodé n'aide le malheureux,
" Il s'en trouveront mal tous deux.

## XVII.

*Vulpes, & Erinaceus.*

TRANARAT alti fluminis vulpes vadum:
Sed ripa in ipſa, & udo aquarum margine,
Voraginoſo crura defigens luto,
Muſcarum acuto obnoxia haeſit morſui.
Quam deſtitutae vulpis aerumnam dolens,
Qui forte eo devenerat erinaceus,
Amanter atque ſedulo officium ſuum,
Si qua in re eam juvare poſſet, obtulit.
Atque adeo, quando eripere te iſtinc non queo,
Vis, inquit, iſtas ut abigam muſcas tibi,

Quae te exedunt? Minime, ait illa, gentium:
Nam ſi hae recedant, quae repletae ac turgidae
Non admodum nocere jam nobis queunt,
Aliae illico ſucceſſerint famelicae,
Quae relliquum omnem ſanguinem exſugant mihi.

*Qui res novari, & regna mutari expetunt,*
*Quid aliud hi, quam majus accerſunt malum?*

## XVII.

## *Le Renard & le Heriſſon.*

UN Renard ayant traverſé
Le long trajet d'une eau profonde & vive
Se trouva fort embaraſſé
Dans le limon de l'autre rive,
Où juſqu'au ventre il s'étoit enfoncé;
Un maudit eſcadron de Mouches
Par de frequentes eſcarmouches
Le deſoloient juſqu'à faire pitié,
Un Heriſſon vint par bonne amitié
Lui faire offre de ſon ſervice.
Vous tirer du bourbier, dit-il, où vous tenez,
Je ne voy pas que je le puiſſe;
Mais pour ces Mouches-cy qui vous piquent le nez,
Je vous les chaſſeray ſi vous me l'ordonnez.
Non, non, dit le Renard, elles ſont empifrées,

Leur appetit eſt foible & languiſſant;
D'autres viendroient, qui maigres, alterées
Me ſuceroient le reſte de mon ſang.
« Changer la forme d'un Empire,
« C'eſt d'un état facheux retomber dans un pire.

XVI.

## XVIII.

### *Leo & Vulpes.*

HORRENDA primum quum leonis efferi
Aſpexit ora, prae metu vulpes fere
Animam reliquit: viſo eo rurſum obvio,
Timuit quidem illa, ſed minus multo tamen:
Denique datum in conſpectum eum jam tertio,
Contemſit adeo, ut non adire ſit modo,
Sed alloqui quoque auſa familiariter.
*Quae terribilia ſunt ab inſolentia,*
*Ea reddit aſſuetudo blanda, & mollia.*

## XVIII.

### *Le Lion & le Renard.*

UN jour un vieux Renard moins brave que trompeur,
Ayant vû du Lion la morgue menaçante,
Ses yeux flambans, ſa gueule rugiſſante,
Peu s'en fallut qu'il n'en mourut de peur.
Son ame au ſecond jour en fut encore émeuë ;
Mais beaucoup moins qu'à la premier vûë,
A la troiſieme fois, le compère Renard
Ne trembla plus & fit le goguenard.
" Avec le tems chacun devient habile,
" Et l'Uſage rend tout facile.

## XIX.

## XIX.

### *Vulpes & Uva.*

VULPES eſuriens, alta de vite racemos
Pendentes nulla quum prenſare arte valeret,
Nec pedibus tantum, aut agili ſe tollere ſaltu,
Re infecta abſcedens, haec ſecum, Age deſine, dixit,
Immatura uva eſt, guſtuque inſuavis acerbo.

*Conſuevere homines, eventu ſi qua ſiniſtro*
*Vota cadunt, iis ſeſe alienos velle videri.*

## XIX.

### *Le Renard & les Raiſins.*

UN Renard affamé voyant ſur une treille
De gros raiſins, beaux à merveille,
Pour en avoir s'élançoit vivement,
Et d'une addreſſe ſans pareille:
Mais toûjours inutilement:
Laiſſons, dit-il, cette pourſuite vaine,
Ce n'eſt que du verjus qui n'en vaut pas la peine.
" Bien ſouvent au Renard on reſſemble en ce point;
" Quand on n'y peut atteindre, on dit qu'on n'en veut
" point.

## XX.

## XX.

### *Corvus, & Vulpes.*

INsedit altae corvus olim quercui,
Roſtro rapaci caſei fruſtum tenens:
Quem vafra blando aggreſſa ſic vulpes dolo eſt:
Quam pulchram avem, quam ſplendide cultam intuor
Pennis decoris, atque verſicoloribus!
Salve, inquit, o generoſa: quod ſi praedita
Cantu fuiſſes, ſummi eras ales Jovis.
His ille magnae inductus in ſpem gloriae,
Cantu indecoro rauca ſolvit guttura.
Tum verſipellis decidente caſeo

Vulpes potita, Corve tu, inquit, omnia
Habes abunde; mente dumtaxat cares.

*Qui coram in os te laudat, inſidias ſtruit:*
*Qui laude ficta ducitur, cor non habet.*

## XX.

### *Le Corbeau & le Renard.*

SUR le haut d'un chêne, un Corbeau
Tenoit dans ſon bec un fromage;
Quel eſt ce merveilleux Oiſeau
Que je voi là ſur ce branchage,
Dit un Renard? qu'il eſt grand, qu'il eſt beau!
Rien n'approche de ſon plumage;
Aux moindres rayons du ſoleil,
Il prend mille couleurs d'un éclat ſans pareil.
Aimable Oiſeau je vous ſaluë;
Si vous charmez l'oüie auſſi bien que la veuë,
Je vous tiens le plus beau des habitans de l'air,
Sans même en excepter l'oiſeau de Jupiter.
L'Oiſeau pipé fit ſon ramage,
Et laiſſa tomber ſon fromage.
Corbeau, dit auſſi-tôt le Renard qui le prit,
Vous avez tout hors de l'eſprit.
" Loüer en face eſt une lâche ruſe,
" Et pour s'y laiſſer prendre il faut être bien buſe.

## XXI.

### *Dies Feſtus, & Profeſtus.*

FESTUM in diem profeſtus inſurrexerat,
Odioſa magno probra clamore ingerens:
Quid te, inquit, ignave, eſſe tandem exiſtimas,
Qui tam otioſe, delicatam, ac ſplendidam,
Sine opere, ſine labore, vitam ductites,
Sudore parta prodigens meo bona?
Olli renidens leniter feſtus dies,
Et merito alis, ait, ſortis auctorem tuae:
Etenim quid eſſes, ſtulte, ſine me? nam, niſi
Ego feſtus eſſem, tu profeſtus non fores.
*Ordo optimatum, plebis haud dubie eſt ſalus.*

## XXI.

### *Le Jour de Fete & le Jour ouvrier.*

AUtrefois le Jour ouvrier,
Miſerable gagne-denier,
S'étant mis follement en tête
De quereller le Jour de Fête,
Lui fit d'un air audacieux,
Mille reproches odieux.
Vous vivez, lui dit-il, ſans emploi, ſans rien faire,
Et toujours dans la bonne chère,
Prodiguant follement & même avec fureur,
Le fruit de mon triſte labeur.
Quoi donc, pouvez-vous méconnoître
L'Auteur unique de vôtre être?
(Lui répondit d'un ton plus radouci,
Le noble Jour qu'il quereloit ainſi)
De me nourrir de vous eſt choſe honnête,
Et vous auriez tort d'oublier,
Qu'il ne feroit au monde aucun Jour ouvrier,
S'il n'étoit point de Jour de fête. *
" Les grand Seigneurs, quoi qu'ils ne faſſent rien,
" Des Peuples toutefois ſont l'unique ſoûtien.

* Cela eſt fondé ſur ce que *Dies Profeſtus*, qui ſignifie un jour ouvrier, vient de *Dies Feſtus*, qui ſignifie un jour de fête:

## XXII.

## XXII.

### *Pavo, & Monedula.*

REgi creando quum comitia avium forent,
Blando petebat pavo prenſans ambitu,
Suas opes, ſuamque pulchritudinem
Jactans, & admirandum honorem corporis:
Et jam prope una mente centuriae alitum
In gratiam pavonis inclinaverant:
Suffragia inhibens quum monedula, Heus tu, ait,
Formoſe, ſi, te rege, nos aquila impetat,
Quo pacto opem ferre, aut tueri nos putes?
*In deligendo rege, multo impenſius*
*Animi bona ſpectanda ſunt, quam corporis.*

## XXII.

### *Le Paon & la Chouette.*

LEs Oiſeaux aſſemblez pour ſe choiſir un Roi,
Regardoient qui d'entr'eux en étoit le plus digne,
Le Paon par un orgueil inſigne,
Crût meriter de leur donner la loi.
De ſa taille ſuperbe & de ſon beau plumage
Il fit un ſi bel étalage,
Que tout le Peuple des oiſeaux,
Depuis le fier Faucon, juſqu'aux moindres moineaux,
Alloit lui donner ſon ſuffrage.
O bel oiſeau, dit la Choüette alors,
Si l'Aigle avec ſon bec & ſa cruelle ſerre
Vient à nous déclarer la guerre,
Avec quoi prétens-tu repouſſer ſes efforts?
" Quand il s'agit de la Toute-puiſſance,
" L'eſprit doit ſur le corps avoir la préference.

## XXIII.



## XXIII.

### *Cervus, & Hinulus.*

CErvo hinulus olim filius dixit patri :
Et major es tu canibus, & velocior,
Et ardua alacri fronte geſtas cornua :
Cur ego, quaeſo, tam times eos, pater ?
Cui cervus, Haec, quae de me, ait, fili, refers,
Sunt vera fateor; multa nobis contulit
Natura, multis provida inſtruxit bonis :
Sed ergo latratum canis ubi primum audio,
Tum, vi abdita quadam, in pavorem, & in fugam
Agor,

Agor, inque pedibus omne praeſidium eſt mihi.

*Timidi & fugacis ingenii qui ſunt, eos*
*Nulla arma, nulla texerint ſat moenia.*

## XXIII.

### *Le Cerf & le Fan.*

LE Fân d'un Cerf dit un jour à ſon père:
Vôtre taille eſt deux foix plus haute & plus legère,
Que celle d'aucun chien ; vôtre front eſt armé
D'un bois perçant & redoutable ;
D'où vient que vôtre cœur eſt toûjours alarmé?
Ce que tu dis eſt véritable,
Mon fils, reprit le Cerf, & le Ciel favorable
M'a fait preſent de tous ces biens ;
Mais dès que j'aperçois des chiens,
Ou que de leur abboi mon oreille eſt frappée ;
Par cet effroyable début
D'une ſi vive peur mon ame eſt occupée,
Qu'en mes pieds ſeulement je cherche mon ſalut.
" Les poltrons n'ont jamais, pour calmer leurs alarmes,
" Ni aſſez bons remparts, ni d'aſſez bonnes armes.

## XXIV.



## XXIV.

*Corvus, & Serpens.*

SErpentem aprico conſpicatus in loco
Somno gravatum corvus, eſcam quaeritans
Allapſus, uncis occuparat unguibus:
Quumque ille vertens ſe, inque gyrum colligens
Hunc dente perculiſſet irritabili;
Moribundus & flens corvus, En cujuſmodi
Reperi lucrum, inquit, quo miſer me perdidi.

*Infauſta multis ſunt ſua ipſorum lucra.*

## XXIV.

*Le Corbeau & le Serpent.*

UN Corbeau dans les airs vit de loin ſur la Terre
Un gros Serpent qui dormoit au ſoleil ;
Il fond deſſus d'un effort ſans pareil,
Le perce de ſon bec, & des ongles le ſerre.
Le ſerpent ſe roulant, ſifflant, ſe deffendant,
Luy donne un mortel coup de dent.
Où je croyois, helas ! voir ma faim aſſouvie,
Faut-il, dit le Corbeau, que je perde la vie ?
" De tout ſuccez l'homme incertain
" Trouve ſouvent ſa perte dans ſon gain.

## XXV.



## XXV.

### *Cycnus, & Anſer.*

DUAS opima cors alebat alites,
Cycnum, anſeremque candidum;
Ut ille dulce ferret auribus melos,
At hic obeſa viſcera
Gulae exhiberet. ergo ut hunc hero in cibum
Parare juſſus eſt coquus,
Loco anſeris cycnum inſcius prehenderat,
Colore falſus alitum.
At ille funus, ut ſolent cycni, in ſuum
Suave carmen ordiens,

Ita agnitus, gravique mortis impiae
Solutus eſt periculo.

*Pericla ſaepe, ſaepe proximam necem*
*Repellit eloquentia.*

## XXV.

### *Le Cigne & l'Oye.*

UN Cygne avec un Oye auſſi blanche que lui,
Dans une Cour paſſoient leur vie;
Celui-ci pour charmer l'ennui
Par ſon aimable melodie;
Et celui-là bien gros, bien gras,
Pour fournir un ample repas.
Le ſoir le Cuiſinier, ſuivant l'ordre du maître,
Qui de l'Oye à ſouper deſiroit ſe repaître,
Prit le Cygne au lieu d'elle, & l'alloit, par malheur,
(Trompé qu'il eſt par la couleur)
Immoler ſans ceremonie;
Lorſque pour déplorer ſon ſort,
Il pouſſa de ſa gorge une telle harmonie,
Que reconnu pour Cygne, il évita la mort.
" De grands perils quelquefois on ſe tire
" Par la force de ſon bien dire.

## XXVI.

## XXVI.

### *Puer, & Scorpius.*

CAPTABAT agiles forte locuſtas puer,
Modo hanc, modo illam ſaltitantem perſequens.
Quas inter atro ſcorpius viro tumens
Errabat. hunc locuſtam opinatus puer,
Dextram admovere coepit, ille ſubrigens
Caudam minacem, ſeque ad ictum comparans
Manum abſtine, inquit, inſciens: aliter malo
Cogere veras quoque locuſtas mittere.

*Tunc civitates ruere conſuerunt, ubi*
*Nequeunt probos ad improbis diſcernere.*

## XXVI.

### *L'Enfant & le Scorpion.*

UN jeune Enfant prenant des ſauterelles,
Couroit ſur celles-ci, couroit ſur celles-là ;
Un Scorpion au milieu d'elles,
Le voyant s'approcher, d'un fier venin s'enfla,
Et dreſſant comme un trait ſa queuë empoiſonnée,
Arrête, lui dit il, hola,
Ou d'un prompte mort ta vie eſt terminée.
" Un Etat eſt ſur ſon penchant,
" Lorſque l'on y confond le bon & le méchant,

## XXVII.

## XXVII.

### *Anguilla, & Serpens.*

UNANIMEM quondam ſerpentem anguilla rogavit,
Cur anguillarum generi omnia plena periclis,
Plena dolis hominum atque inimicis fraudibus eſſent:
At tu, inquit, mihi quum ſimilis, quum paene gemellus
Cetera ſis, nullis obnoxius inſidiis es;
Securoſque dies pacati tranſigis aevi.
Cui ſerpens, Nimirum, inquit, quia qui mea turbat
Otia, & infeſtam mihi vim temerarius affert,
Non impune refert; nec inulta injuria reſtat.

## XXVII.

### *L'Anguille & le Serpent.*

D'Où vient, dit l'Anguille au ſerpent,
Que pour me prendre on met tout en uſage ;
Filets, ligne, hameçons, & que nul cependant
N'uſe pour vous avoir de tout cet équipage ?
Nôtre façon d'aller ſe reſſemble ſi fort,
Qu'on nous prend ſouvent l'un pour l'autre.
D'où peut donc venir que mon ſort
Eſt en cela ſi different du vôtre ?
C'eſt que je porte une maligne dent,
Dont l'atteinte pleine de rage
Feroit repentir l'imprudent
Qui m'auroit voulu faire outrage.

## XXVIII.



## XXVIII.

### *Canis, & Lupus.*

CANEM ante ſtabuli dormientem januam
Lupus irruens quum devoratus foret,
Ille ejulans, voceſque flebiles ciens,
Ne ſe comeſſet, deprecabatur lupum:
Aut certe, ait, (nam & tenuis alioqui, ut vdes,
Macerque ſum) da mi, obſecro, brevem moram:
Domi enim meae cras ſunt futurae nuptiae;
Ubi, ad affluentes pinguis effectus dapes,
Opimior tibi eſca ero, ac jucundior.
Perſuaſus his, dimiſit incolumem canem

Lupus. revertens inde poſt aliquot dies,
Eum, cubantem parte in excelſa domus,
Quum inferne clamans excitaviſſet, datae
Fidei admonebat, atque pacti foederis.
Ibi tum ille ridens ſubdole, Si me, o lupe,
Umquam ante ſtabulum dormientem inveneris,
Ne nuptias dehinc, inquit, exſpectaveris.
*Quae quis pericla eſt paſſus, hoc lucri hinc habet,*
*In poſterum vitare ut illa noverit.*

## XXVIII.

### *Le Chien & le Loup.*

SUR un Chien qui dormoit au devant d'une êtable,
Un vieux Loup ſe jettant, alloit le dévorer :
Le Chien faiſant un cry ſoûmis & pitoïable,
Ne ceſſoit de le conjurer
De n'être pas inexorable,
Diſant qu'il étoit maigre & dur horriblement ?
Que des nopces chez-lui bien-tôt alloient ſe faire,
Où la joye & la bonne chère
Le remettroient aſſeurément ;
Et que, ſi quelques jours, il vouloit bien attendre.
Il le retrouveroit & plus gras & plus tendre.
Le Loup ne le contredit point,
Et lui laiſſa reprendre un meilleur embonpoint.
Enſuite vers le Chien le Loup fit un voïage.
Il le trouve dormant ſur le plus haut êtage ;
Il l'éveille, & lui dit qu'il deſcendit en bas,

Qu'il venoit voir s'il étoit aſſez gras,
Et le ſommer de ſa parole.
Pauvre Loup, dit le Chien, que ta viſite eſt folle!
Prens garde une autre fois qu'on ne te trompe pas;
Dans le moment faits ton négoce,
Et ſous l'eſpoir d'un plus friand repas,
N'attens plus qu'on ait fait la nopce.
" De grands perils qu'on a courus,
" On tire ce profit qu'on n'y retombe plus.



## XXIX.

### *Canis, Gallus, & Vulpes.*

Canis, atque gallus longum iter quondam ſimul
Ingreſſi, opaco jam appetente veſpere,
Nacti arborem, ubi quieſcerent, gallus quidem
Faſtigia alta frondeae aſcendit domus,
Canis excavatum in caudicem ſe condidit.
Quum vero, ut adventante conſuevit die,
Cantum edidiſſet gallus; accurrens eo
Vulpes, eum rogabat enixiſſime,
Deſcenderet, ſuique faceret copiam:
Geſtire ſe, animal tam canorum & muſicum

Amplecti, & oſculari, & os agnoſcere.
Tum fraude gallus cognita, Cupio tibi,
Quaecumque poſſum, commodare, & obſequi,
Et eſſe tecum: ſed tu, ait, quaeſo, hunc prius.
Qui dormit infra, janitorem ſuſcita;
Fores mihi ut recludat, unde ad te exeam.
Vocante vulpe janitorem, prodiit
Canis; agnitamque adortus adverſariam,
Nil tale veritam, dente laniavit truci.

*Qui fraude agit, jure ipſe fraude fallitur.*

## XXIX.

### *Le Chien, le Coq & le Renard.*

LE Chien avec un Coq entreprit un voyage.
D'abord dans un même arbre ils paſſerent la nuit;
Le Coq monta ſur le plus haut branchage,
Le Chien dans le tronc creux établit ſon reduit.
Dès le matin le Coq fit ſon ramage.
Auſſi-tôt un Renard de bonne-heure éveillé,
Vint à lui, le pria de vouloir bien deſcendre,
Diſant que de ſon chant ſurpris, émerveillé,
Plus longuement il ne pouvoit attendre;
Qu'il vouloit embraſſer l'aimable Muſicien,
Qui venoit de chanter & de chanter ſi bien.
Le Coq, qui reconnut ſa lcüange traitreſſe,
Lui dit avec la même adreſſe:

Je

Je n'ay pas de plus grand deſir,
Que de vous donner du plaiſir;
Mais ſi vous voulez que je ſorte,
Il faut éveiller le Portier,
Afin qu'il nous ouvre la Porte,
Oſerois je vous en prier ?
Le Chien au premier coup ſortit de ſa demeure:
Le malheureux Renard penſa mourir de peur;
Il fuit, le Chien le prit & l'étrangla ſur l'heure.
" C'eſt le vrai droit du jeu de tromper le trompeur.

XXX.

## XXX.

### *Mulus.*

LAscivientem plurimo hordeo mulum
Quondam haec ſuperba cogitatio inceſſit.
Ego pulcher, inquit, ego celerrimus curſor,
Patrem habui equum, qui aurata fraena mandebat.
Haec ille: ſed mox, incidente currendi
Neceſſitudine, impeditus, atque haerens,
Ad prima campi ſpatia reſtitit laſſus;
Aſinique patris eſt ſtatim recordatus.

*Secunda nos fortuna neſcios noſtri*
*Facit: ſiniſtra noſmet indicat nobis.*

## XXX.

### *Le Mulet.*

UN Mulet trop nourri de foin, d'orge & d'aveine,
Oublia qu'il étoit Mulet,
Et plein d'une arrogance vaine,
Se vantoit qu'aux Chevaux de la plus longue haleine,
Il pourroit prêter le collet.
Ma mere, diſoit-il, genereuſe Cavalle,
D'un Prince, d'un Heros vit ſon dos honoré
Et blanchiſſant d'écume un riche frein doré,
En viteſſe, en vigueur n'eut jamais ſon égale.
Ainſi parloit ce fat, lorſqu' inopinement
Le cas vint où de courre il étoit neceſſaire;
Il galopa ſi lourdement,
Qu'indigne fils d'une Jument,
Il reconnut enfin qu'un Ane étoit ſon père.
" Le bonheur continu nous rend audacieux;
" Le malheur nous ouvre les yeux.

## XXXI.

## XXX.

*Le Mulet.*

UN Mulet trop nourri de foin, d'orge & d'aveine,
Oublia qu'il étoit Mulet,
Et plein d'une arrogance vaine,
Se vantoit qu'aux Chevaux de la plus longue haleine,
Il pourroit prêter le collet.
Ma mere, diſoit-il, genereuſe Cavalle,
D'un Prince, d'un Heros vit ſon dos honoré
Et blanchiſſant d'écume un riche frein doré,
En viteſſe, en vigueur n'eut jamais ſon égale.
Ainſi parloit ce fat, lorſqu' inopinement
Le cas vint où de courre il étoit neceſſaire;
Il galopa ſi lourdement,
Qu'indigne fils d'une Jument,
Il reconnut enfin qu'un Ane étoit ſon père.
" Le bonheur continu nous rend audacieux;
" Le malheur nous ouvre les yeux.

## XXXI.

## XXXI.

*Juvenes duo, & Coquus.*

DUO olim juvenes coquo assidebant:
Quorum quum rapuisset alter offam
Carnis, obtulit alteri occulendam:
Sed coquo hanc repetente ab iis, uti qui
Soli tempore furti ibi affuissent,
Is, qui habebat eam, involasse sese,
Qui involarat, habere se negabat,
Sancte per Jovem uterque dejerantes.
Queis amaro animo coquus renidens,

Veſtro me quidem, ait, poteſtis apte
Circumſcribere jure pejerato:

*Deum, cuncta ſcientem, & intuentem,*
*Circumſcribere fraude non poteſtis.*

## XXXI.

### *Deux Jeunes Hommes & un Cuiſinier.*

DEUX frippons reſtez ſeuls avec un Cuiſinier,
Qui travailloit de ſon métier,
Lui prirent un morceau de viande;
De ce larcin l'un étoit le voleur,
Et l'autre étoit le receleur.
Le Cuiſinier inquiet leur demande:
Qu'eſt devenu ce gros jarret de veau,
Qui tout-à-l'heure étoit ſur cette table?
Je veux perir, dit l'un, & perir miſerable,
Si j'ai dérobé le morceau.
L'autre dit, en jurant d'une façon plus forte:
Je conſens, ſi je l'ai, que le diable m'emporte.
Le Cuiſinier leur dit: vous pouvez me dupper,
En jurant de cette manière;
Mais pour Dieu, qui de tout a connoiſſance entière
Vous ne ſauriez pas le tromper.

## XXXII.

### *Cochleae.*

IMPOSITAS prunis cochleas intentus & haerens
Filius agricolae circumfuſo igne coquebat.
Illae humore graves, & ſucco obſtante calori,
Edebant raucum tenui ſtridore ſonorem.
Tum puer irridens, O ſtulta animantia, dixit;
Nunc canitis, veſtrae quum flagrant ignibus aedes?
*Damnantur quaecumque alieno tempore fiunt.*

## XXXII.

*Les Limaçons.*

LE Fils d'un Laboureur, ſur une braiſe ardente,
Faiſoit griller des limaçons;
Leur chair limoneuſe & gluante
Siffloit en rotiſſant, & formoit divers ſons.
Sots Animaux, dit-il, il eſt bien ridicule
De vous oüir chanter quand vôtre maiſon brûle.
" Jamais nous ne ſommes contens
" De ce qui vient à contre tems.

## XXXIII.

### *Cornix, & Hirundo.*

DE pulchritudine atque honore corporis
Hirundine & cornice contendentibus,
Poſt multa utrimque dicta, ita adverſariam
Cornix retudit; Quanti, ait, tandem tua eſt
Facienda pulchritudo, quae prima modo
Aeſtate floret, prae mea, quae hieme quoque?
*Diuturna fluxis praeferenda ſunt bona.*

## XXXIII.

*La Corneille & l'Hirondelle.*

UNE Corneille un jour avec une Hirondelle
Eut diſpute pour la beauté:
Il fut dit des raiſons d'un & d'autre côté,
Qui les mettoient en parallèle.
La Corneille ajouta pour finir la querelle:
Vôtre regne en ces lieux eſt court & limité;
Mais moy que rien ne chaſſe, & que rien ne rappelle,
J'y regne & l'hyver & l'été.
" Toute choſe fixe & durable
" A ce qui dure moins eſt toûjours préferable.

## XXXIV.

## XXXIV.

### *Mercurius, & Statuarius.*

VISURVS olim, quanti apud homines foret
Mercurius, ora verſus in mortalia,
Seſe in tabernam contulit ſtatuarii:
Inſpecta ubi tonantis effigie Jovis,
Quanti, rogavit: utque drachma, comperit,
Clam vilitatem patris irriſit ſui.
Inſpecta item Junonis, aliquanto amplius
Pretium ejus eſſe, quam prioris audiit.
Poſtremo contemplatus & ſtatuam ſuam,
Exiſtimanſque ſe eſſe longe maximi,

Quod lucra praeſtet, quod ſit interpres Deûm,
Pretium indicari petiit & ſui ſibi.
Statuarius tum dixit : Haſce ſi emeris,
Et hanc tibi, hoſpes, additamentum dabo.

*Plerumque nihili eſt, qui ipſe ſe magni aeſtimat.*

## XXXIV.

### *Mercure & un Sculpteur.*

UN jour Mercure, qui vouloit
Savoir en quelle eſtime il étoit ſur la Terre,
Entra chez un Sculpteur, où du Dieu du Tonnerre
L'auguſte image s'étaloit.
Il demanda, combien elle valoit?
Si peu la fit le Statuaire,
Que le Fils en ſecret ſe moqua de ſon Père.
Enſuite il vit Junon, qui belle & ſans défaut,
Fut eſtimée un peu plus haut.
Ayant enfin regardé ſon Image,
Il crut que le Sculpteur le feroit d'avantage,
Parce qu'il eſt un Dieu qui rend pecunieux;
Parce que les beaux Arts ſavamment il exerce;
Qu'il eſt le Meſſager des Dieux,
Et qu'il preſide à tout commerce.
Ayant donc demandé quel en étoit le prix,
Prenez, dit le Sculpteur, l'une & l'autre Figure,
Et par deſſus vous aurez le Mercure.
" Souvent pour qui s'eſtime on n'a que du mépris.

## XXXV.

### *Pater, & Filii.*

MORIENS pater lecto assidentes filios
Admonuit, auri maximam se in vinea
Vim condidisse; proinde post obitum suum
Id excavato penitus eruerent solo,
Haec ille? sed mox liberis rogantibus
Uti ederet, qua parte tandem vineae
Aurum lateret; nil locutus amplius,
Desiderati liquit incertos loci.
Illi, peracto protinus busto patris,
Versare duris vineam ligonibus,

Et hic & illic ſcrobibus effoſſis humum
Coepere glebas in minutas frangere:
Fruſtra: nil enim fuerat auri conditum:
Illo ſubacta ſed labore vinea,
Uberrima ditavit hos vindemia.
Tum primus horum, Hic ille nimirum, refert,
Theſaurus eſt, quem ſedulus nobis pater
Moriens reliquit, noſter, o fratres, labor.
*Sua cuique vitae induſtria inſtar eſt opum.*

## XXXV.

### *Le Pere & ſes Enfans.*

UN Pére moribond, ayant près de ſon lit
Aſſemblé ſes Enfans, leur dit:
Je dois aujourd'huy vous apprendre
Que dans ma vigne un treſor eſt caché;
Ainſi dans le tombeau dés qu'on m'aura couché,
Allez le fouiller & le prendre.
Mais où? dit l'un d'entr'eux; le bon homme ſe tût,
Et peu de tems aprés mourut.
De ſon enterrement à peine fut finie
L'ennuieuſe ceremonie,
Qu'ils courent promptement avec bêches, hoyaux,
Foüiller la vigne toute entiére,
Et mettre avec grand ſoin chaque motte en pouſſiere,
Sans pourtant rencontrer ni bagues, ni joyaux;
Mais la vigne ainſi retournée

Leur

Leur produiſit une pleine vinée.
Ceſſons deſormais de rêver,
De ces Enfans s'écria le plus ſage;
Voila les bien que nous devions trouver
En foüillant bien nôtre heritage;
" Et voila qui nous montre encor
" Que le travail eſt un treſor.



## XXXVI.

### *Simius, & Delphus.*

MOS navigantum eſt, priſco ab uſque tempore,
Ut navigationis in ſolatium
Secum catellos, ſimioſve deferant.
Quidam igitur oram forte praeter Atticam
Cum morione navigabat ſimio.
Ecce autem atroci concitata turbine
Maris procella, Sunium circa, Atticae
Inſigne promontorium, evertit ratem.
Ibi inter alios naufragos & ſimio
Natante, quidam Delphus accurrens, eum

Hominem

Hominem ratus, manu ex propinquo praebita
Undis levatum, an civis eſſet Atticus,
Rogavit. ille ſe eſſe vero, & nobili
Sane, atque claro genere dixit editum.
Quum deinde & in Piraeeum una iſſent ſimul,
Notiſſimum navale Athenienſium,
Ibi ſciſcitatus Delphus eſt ab ſimio,
Noſſet ne Piraeum? arbitratus ſimius
Eum rogare de nomine claro quopiam,
Et noſſe dixit, & ſodalem eſſe hunc ſuum.
Quam ob vanitatem Delphus ira percitus,
Tum denique illum beſtiam agnoſcens, truci
Salo hauriendum fluctibuſque reddidit.

*Qui mentiuntur impudenter, hi ſuis*
*Refellere ipſi ſe ſolent mendaciis.*

## XXXVI.

### *Le Singe & le Dauphin.*

C'A de tout tems été l'uſage,
Quand on s'embarque ſur les flots,
D'avoir des jeunes Chiens, des Singes, des Magots,
Pour adoucir le chagrin du voyage.
Un homme autrefois navigeant
Le long de l'Attique rivage,
Avoit un gros Magot. Il ſurvint un orage,
Qui le Vaiſſeau ſans ceſſe fatigant,
Enfit luï fit faire naufrage.

Un Dauphin genereux promptement accourut;
La figure du Singe à l'abord le déçut,
Et le croyant un homme veritable,
Sur ſon dos large il reçut.
Etes-vous, lui dit-il, natif de cette Ville,
Où croiſſent tant de beaux eſprits,
D'Athenes la ſavante; Oüy, dit-il, & je ſuis
D'une illuſtre & noble famille,
Qui pour l'eſprit, y remporte le prix.
Souvent, dit le Dauphin, vouz voyez le * Pirée?
Le Singe répondit d'une voix aſſeurée,
(Croyant qu'on lui parloit d'un homme du païs)
C'eſt le meilleur des mes amis,
Le Dauphin relevant la crête,
Et trés-juſtement irrité
De cette folle vanité,
Dit, en le ſubmergeant, peſte ſoit de la bète!
" Si mal le Menteur ſe conduit,
" Que par ſon diſcours ſeul ſouvent il ſe détruit.

* Le Port d'Athenes.



## XXXVII.

### *Ranae duae ſitientes.*

IN ſiccitate, & ſumma aquae paenuria,
Ranae vagabantur duae,
Sicubi profundis invenirent vallibus
Aliquid liquoris abditi.
Tandem, reperto puteo aqua pleno, altera
Suadere deſcenſum inſtitit.
Prudentior ſed altera, & conſultior,
Si nos eo demittimus,
Et ibi quoque, inquit, unda nos defecerit;
Quonam modo inde exibimus?
*Negotiorum jubeo ſpectari exitum*
*Iis, qui inchoare quid volunt.*

## XXXVII.

*Les deux Grenoüilles.*

A Travers de longs champs arides
Que brûloit l'ardeur de l'Eté,
Deux Grenoüilles alloient cherchant des lieux humides,
Pour y loger en ſeureté.
Un puits plein d'eau luiſante & claire,
Se rencontra dans leur chemin:
Voila, dit l'une, nôtre affaire;
Jettons-nous dedans, ma commère.
L'autre d'un ſens un peu' plus fin,
Répondit: n'allons pas ſi vîte,
De peur de nous en repentir;
Car ſi l'eau tariſſoit dans cet aimable gîte,
Comment pourrions-nous en ſortir?
" Une entrepriſe eſt mal conçuë,
" Quand on n'en voit pas bien l'iſſuë.

## XXXVIII.



## XXXVIII.

### *Ranae duae vicinae.*

RANAE duae inter ſe propinquis ſedibus
Aetatem agebant, altera in via obtinens
Parvam lacunam, devium ſtagnum altera.
Sed in aeſtuoſa ſolis impotentia,
Tum quum arva radiis, orbitae fervent rotis,
Admonuit haec vicinam, ut illum deſerens
Periculoſum plane, & infeſtum locum,
Domicilium transferret in ſtagnum ſuum.
Illa afferens, ſeſe unica dulcedine
Ejus teneri, ubi egerat vitam, loci,

Migrare renuit: donec illam tranſiens
Gravis ſonante currus obtrivit rota.
*Homines malos plerumque mors ante occupat,*
*Quam criminum vitaeque poenitentia.*

## XXXVIII.

### *Les deux Grenoüilles.*

DEux Grenoüilles vivoient en bonne intelligence,
L'une dans une orniére où de l'eau s'arrêtoit;
L'autre dans un étang où l'eau claire flottoit.
L'Eté contraire à cette engeance,
Brulant les prés & les guerets,
Celle-ci dit à ſa commére:
Le hâle va ſecher vôtre vilain marais,
Venez chez-moy, là l'on ſe deſaltére
D'une belle eau qu'on y boit à longs traits.
Commére excuſez-moy, dit l'autre,
Ma demeure vaut bien la vôtre,
J'en ſuis contente, & je m'y plais
Autant, & plus que dans une riviere.
Un Chariot, deux jours après,
En paſſant l'écraſa dans ſa boueuſe orniére.
" Qui differe à ſe convertir,
" Voit ſouvent que la mort prévient ſon repentir.

## XXXIX.

## XXXIX.

### *Auceps, & Caſſita.*

ALitibus laqueos auceps quum tenderet, alta
Hunc conſpicata ab arbore
Quidnam ageret, ſimplex animi caſſita rogavit.
Condo, inquit auceps, oppidum.
Deinde per inſidias, procul inter opaca reſedit
Dumeta, & umbras arborum.
Illa, fide verbis habita, ut nova comminus urbis
Conſideraret moenia
Accedens illuc, laqueis fallacibus haeſit.
Redeunte tum ad praedam aucupe,

Heus, inquit, bone vir, ſi talem exſtruxeris urbem,
Paucos habebis incolas.

*Principum avaritia, caecaque libidine laeſis*
*Vaſtantur urbes civibus.*

## XXXIX.

### *L'Oiſeleur & l'Alouette.*

PRès d'un chêne où s'étoit poſée
Une Aloüette peu ruſée,
Un Oiſeleur tendoit ſes rets
Sur le blond chaume des guerets.
Que faites-vous là, lui dit-elle,
Je bâtis une ville avec ſa citadelle,
Lui répondit le perfide Oiſeleur;
Enſuite il ſe cacha dans d'épaiſſes brouſſailles,
L'Aloüette qui crût ce diſcours enjoleur,
Deſcendit pour voir les murailles
De la ville qu'on bâtiſſoit,
Sans ſonger qu'en des lacqs elle s'embaraſſoit,
Le traître Oiſeleur plein de joye,
Revint pour enlever ſa proye;
L'Aloüette connut, mais il n'étoit plus tems,
Qu'elle étoit une malhabile,
Et luy dit: ſi jamais tu bâtis cette ville,
Tu n'auras guere d'habitans.
" Quand un Prince eſt rempli d'orgueil & d'avarice,
" Il faut que ſon Etat periſſe.



## XLI.

### *Deceptor, & Apollo,*

QUIDAM olim, ut ipſe ſibi videbatur, catus
Abſconditum paſſerculum manu tenens,
Ad Delphicum profectus eſt oraculum,
Hac ſciſcitatione luſurus Deum:
O Apollo, paſſer, quem manu teneo mea,
Dic ſedulo, oro, vivus eſt, an mortuus?
Si Apollo reſpondiſſet, illum vivere;
Compreſſa eum eliſurus ipſe erat manu,
Statimque prolaturus illi mortuum:
Sin mortuum dixiſſet, ipſe dextera
Proferre laxa vivum eum decreverat.

Sed

Sed Apollo prudens, Paſſer, inquit, hic tuus,
Ut tute vis, & vivus eſt, & mortuus.

*Mortalium tanta eſt malitia, ut ſe Deum*
*Ipſum arbitrentur poſſe circumſcribere.*

## XL.

### *Le Trompeur & Apollon.*

UN homme fin, ou qui ſe croyoit tel,
Dans ſa main tenant un Grive,
D'Apollon Delphien alla devant l'Autel
Lui faire cette tentative:
La Grive que j'ai dans ma main,
Eſt-elle morte, eſt-elle vive?
Avec ce profane deſſein,
Si vive il la diſoit, de l'étouffer ſoudain;
Si morte, de laiſſer envoler la captive.
Apollon répondit, ſans le moindre embaras:
Elle eſt morte, elle eſt vive, ainſi que tu voudras
" N'eſt ce pas une erreur extrême
" De croire follement pouvoir tromper Dieu même?

## XLI.

## XLI.

### *Uxor ſummerſa, & Vir.*

VIR merſae uxoris rapido torrente cadaver
Adverſa quaerebat aqua: quem turba monere
Inſtitit accurrens, ut quaereret amne ſecundo.
Nequaquam, ille inquit: mea enim dum viveret uxor.
Tam moroſa fuit, tam aliorum ſemper abhorrens
Moribus, ac factis, ut nunc quoque mortua labi
Debeat haud aliter, quam adverſa fluminis unda.

*Moroſa, & diſcors vel mortua litigat uxor.*

## XLI.

*La Femme noyée & ſon Mary.*

UN Laboureur, le long des bords
D'une impetueuſe riviére,
De ſa femme noyée alloit cherchant le corps,
Et s'y prenoit d'une étrange maniére.
Au lieu d'aller en bas, il remontoit en haut.
Vous ne cherchez pas comme il faut,
Lui dirent ſes voiſins ; les flots l'ont entraînée.
Du fleuve elle a ſuivi le cours.
Nullement, leur dit-il, cette vieille obſtinée
A fait, & fait encor toute choſe à rebours.
" Femme contrariante, envieuſe & colere,
" Ne quitte pas ſon caractere.

## XLII.

## XLII.

### *Feles, & Gallus.*

COMPRENSUM feles gallum quum tradere ventri
Jejuno vellet, jure ut feciſſe videri
Poſſet, & hanc noxam ſpecie velaret honeſti,
Accuſabat eum, quod pervigili atque moleſto
Turbaret nocturnam hominum clamore quietem.
Defendente illo, ſeſe utilitatis eorum
Id cauſſa facere, ut moniti adventantis Eoi
Ad ſua quiſque operum ſtudia exercenda redirent.
Hunc rurſum is naturae hoſtem, infandoque ſororum
Concubitu, & matris foedum, inceſtumque vocabat.

Ille excuſabat ſcelus utilitate, ſuamque
Hinc multis dicebat heram ditarier ovis.
Tum feles tandem perfricta fronte : Sed etſi
Argumenta tuam defendunt plurima cauſſam,
Impaſtus tamen, inquit, ego hinc diſcedere nolo.
*Vim qui inferre parat, cupidus, certuſque nocendi,*
*Fruſtra illum ratione premas, aut jure refellas.*

## *Le Chat & le Cocq.*

### XLII.

LE Chat tenant un Cocq, & voulant le manger,
Mais le manger avec juſtice
Comme le puniſſant ou d'un crime ou d'un vice,
Que l'interêt public l'obligeoit de venger:
Malheureux, lui dit il, lors que l'homme ſommeille
Au point du jour tranquillement,
Pourquoy dans ce même moment
Faut-il que ton chant le reveille?
Si j'oſe, dit le Cocq, ainſi le reveiller,
Par le bruit que fait mon ramage,
C'eſt que je l'avertis d'aller a ſon ouvrage,
Fort bien, reprit le chat; mais quand ſur ton pallier
Tu prens pour femme & ta ſœur & ta fille,
Ta mere meme, & que dans ta famille,
Sans ceſſe tu commets mille inceſtes affreux,
Comment appelle-tu ce commerce honteux?
Je ne le fais, lui dit la pauvre volatille,

Qu' afin de lui donner un plus grand nombre d'œufs.
Tu ſais fort bien, dit le Chat, te défendre,
On ne peut pas mieux raiſonner ;
Mais, las que je ſuis de t'entendre,
Je n'ay pas reſolu de ne point déjeuner.
" Quand le cœur une fois ſe reſout à mal faire,
" Rien ne ſauroit plus l'en diſtraire.

BIBLIOTECA DE CATALUÑA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

## XLIII.

### *Asinus, Simius, & Talpa.*

ASINUM querentem quod careret cornibus,
Et simium quod caudae honore, hoc arguit
Sermone talpa: Qui potestis, hanc meam
Miseram intuentes caecitatem, haec conqueri?

*Aliena si aestimaris infortunia,*
*Tunc aequiore mente perferes tua.*

## XLIII.

### *L'Ane, le Singe, & la Taupe.*

UN Ane s'affligeoit de n'avoir point de cornes ;
Un Singe d'une queüe envioit l'ornement ;
Et tous les deux triſtes & mornes
Se complaignoient amérement.
Une Taupe ſurvint qui leur dit ces paroles :
Oſez-vous reprocher aux Dieux
De vous avoir privez d'avantages frivoles,
Pendant que vous voyez qu'il me manque des yeux ?
" Si nous regardions bien les diſgraces des autres,
" Nous nous plaindrions moins des nôtres.

## XLIV.

## XLIV.

*Vulpes Vota mutans.*

INITURA vulpes cortem opimam divitis
Pingui refertam genere gallinaceo,
Foramen id, qua tranſeundum erat ſibi,
Cupiebat in penetrando dilatarier,
Rurſum inde ſubreptam ore gallinam efferens
Quum jam imminentem horreret a tergo canem,
Ne ſe ille poſſet inſequi, orabat Deos,
Uti foramen redderent quam artiſſimum.
*Pro commodis mutare vota homines ſolent,*
*Sententiam alternante nunc ſpe, nunc metu.*

## XLIV.

### *Le Renard qui change de ſouhaits.*

UN Renard ſe gliſſant dans la cour d'un Fermier,
Où de jeune volaille une nombreuſe bande
Se promenoit ſur le fumier,
Prioit les Dieux qu'un peu plus grande
Fût l'ouverture où ſon corps ſe froiſſoit
A meſure qu'il y paſſoit ;
Mais lorſqu'avec bien de la joie
Il fut dehors, tenant ſa proye,
Et qu'il vit par l'endroit qu'il avoit traverſé,
Une grande & maudite Lice
Qui jappoit après lui ; le poil tout heriſſé,
O Dieux, s'écria-t-il, faites qu'il rapetiſſe,
Ce grand trou par où j'ai paſſé !
" Selon le tems & la rencontre,
" On veut également & le pour & le contre.

## XLV.

### *Muſca & Quadrigae.*

STARENT quadrigae quum paratae curſui,
Muſca advolans, temoni earum inſederat.
Miſſo ergo ſigno, illiſque procurrentibus,
Pulſu rotarum & quadrupedantis ungulae
Pulverea nubes mota opacavit diem.
Tum in ſe ipſa muſca geſtiens, Dii magni, ait,
Quantam profundi vim excitavi pulveris!
*Ridiculus eſt, qui laudis alienae decus*
*Sibi vindicare gloriando nititur.*

## XLV.

### *La Mouche & les Chevaux de Courſe.*

QUATRE Chevaux ſur un Char attelez,
Attendoient pour ſortir, qu'on ouvrit la barrière;
Lorſque le plus petit des inſectes aîlez,
Une mouche ſuperbe & fière,
Se mit ſur le Timon d'une grave maniére.
On donne le ſignal; les couſiers vigoureux
Elèvent ſous leurs pas un tourbillon poudreux,
Qui du brillant ſoleil dérobe la lumière.
Ciel, dit la mouche alors, que je fais de pouſſière!
" Non moins ridicule eſt celui
" Qui tire vanité de la gloire d'autrui.

## XLVI.

### *Pica, & Aves.*

CUCULUM opacis frondium umbris abditum
Intuita limis pica, & accipitrem rata,
Aëria celeri ſpatia tranabat fuga.
Quam conſpicatae quae aſſidebant alites,
Vanum illius terrorem & inſanos metus
Coepere ſalibus, atque riſu proſequi.
Quibus illa, Ego riderier vobis, ait
Malo, quam amicis ac propinquis flerier.

*Fertur facilius quod pudet, quam quod piget.*

## XLVI.

## *La Pie & les Oiſeaux.*

UNE Pie ayant aperçû
Au travers des Rameaux d'un gros arbre touffu,
Un Coucou pui dormoit à l'ombre,
Sous ce reduit tranquille & ſombre,
Crut que c'étoit un Epervier:
Craintive elle ſe mit auſſi-tôt à crier,
Et s'enfuïant à tire d'aile,
Fit rire les oiſeaux qui perchoient auprés d'elle.
Mille brocards lui furent dits:
Mais quand ſon cœur ſe fût un peu remis,
Sagement elle ſût leur dire:
J'aime mieux vous faire ainſi rire,
Que de faire pleurer mes vrais & bons amis.
" Faire pleurer eſt beaucoup pire,
" Que de donner ſujet de rire.

## XLVII.

### *Mures.*

COactus olim quum ſenatus murium
Deliberaret, ſaeva quo poſſent modo
Cavere felis furta, & inſidias graves,
Decrevit unus, collo ut adverſarii
Suſpenderent ex aere tintinnabulum,
Cujus ſono illum adeſſe perſentiſcerent.
Probare pro ſe quiſque conſilium; & ſtatim
Coepere pedibus ire in hanc ſententiam.
Tum ab ſede ſurgens unus ex primoribus,
Cui cana vetulas barba velabat genas,

Manu ſilentium imperans, Mihi quoque
Probatur, ut cui maxime, haec ſententia:
Sed oro vos, quis, inquit, ex nobis, patres,
Feli auſit alligare tintinnabulum?

*Carent periculoſa conſilia exitu.*

## XLVII.

### *Les Rats.*

UN jour s'aſſemblérent les Rats
Pour prendre meurement des meſures certaines,
Contre le Chat & ſes courſes ſoudaines,
Qui déſoloient tous leurs Etats.
Un d'eux, Rat de bonne cervelle,
Sans s'étendre en diſcours, ne leur dit que ce mot:
Il faut au cou du Chat attacher un grelot,
Qui nous avertira de gagner la venelle.
L'avis fut applaudi de tous.
Mais un vieux Rat à barbe blanche
Leur dit: de tout mon cœur je panche
A l'avis du grelot, je trouve ainſi que vous,
Qu'on ne ſauroit jamais en prendre
Un plus ſenſé; mais qui de nous
Au cou du Chat oſera l'aller pendre?
" Le principal n'eſt pas de projetter;
" Mais de ſavoir executer.

## XLVIII.

### *Avarus.*

AVARUS auri maſſam humi defoderat:
Quam quum anxius quotidie iret viſere,
Vicinus obſervavit,& clam ſuſtulit.
Reverſus ille, offendit ut vacuum locum,
Flere acriter, barbam & capillum vellere:
Vocare ſe mortalium miſerrimum.
Cauſſa doloris cui viator cognita,
Deſiſte, ait, te affligere; inque auri locum
Saxum repone; & id tibi eſſe aurum puta:

Etenim,

Etenim, ut video, ne tum quidem aurum habere te,
Aurum quum habebas, jure poteras dicere.

*Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.*

## XLVIII.

### *L'Avare.*

SOUS terre, & dans un lieu que perſonne n'habite,
Un Avare avoit mis ſon argent & ſon or,
Et tous les jours il leur rendoit viſite.
Un voiſin qui le vit, enleva le treſor.
L'Avare de retour & trouvant le lieu vuide,
De douleur s'arracha la barbe & les cheveux,
Et de cent coups de poing ſe rendit tout livide,
Lamentant à longs cris ſon deſtin malheureux.
Allez, dit un paſſant, dans cette même terre,
Où l'on a pris vôtre treſor,
Enfoüir une groſſe pierre,
Et croïez qu'elle eſt toute d'or;
La pierre vous ſera d'un auſſi grand uſage,
Que l'argent dont le vol vous afflige à tel point.
" L'Avare malheureux n'uſe pas davantage
" Des biens qu'il a, que de ceux qu'il n'a point.

## XLIX.

## XLIX.

### *Vulpes, & Lupus.*

IN puteum ab alto lapſa vulpes margine,
Jam jam profundis haurienda aquis erat.
Miſera ergo ab adventante forte illuc lupo
Supplex petivit, fune demiſſo extrahi.
Ille otioſi more, quaerere inſtitit,
Quo lapſa pacto, quo fuiſſet tempore.
Prius eripe hinc me, dum licet, vulpes ait,
Deinde audies omne ordine ut factum ſiet.

*In re arcta amici ne eſſe cunctator velis,*

## XLIX.

## *Le Loup & le Renard.*

UN Renard tombé dans un puits,
Des Paſſans par ſes triſtes cris
Imploroit la miſericorde ;
Un Loup lui demanda, s'aſſeyant ſur les bords,
Comment es-tu tombé ? T'es-tu froiſſé le corps ?
Ah jettes-moi, dit-il, promptement une corde,
Et je te dirai tout quand je ſerai dehors.
" Pour tirer un Ami d'une preſſante affaire,
" Point ne plait, & peu ſert le ſecours qu'on différe.



## L.

### *Canna, & Oliva.*

DE honore firmitatis, atque virium
Canna, atque oliva litigantes, invicem
Graviſſimas dixere contumelias.
Atque adeo, tu ne, inepta, te praeponere
Audes mihi, aut certare mecum? oliva ait:
Ego ſtipite inconcuſſa robuſtiſſimo,
Telluris in profunda radices ago:
Tu caule lento, tamquam olus, ſummo in ſolo
Haeres; & omni obnoxia aurae fluctuas.
Haec illa quum jactaret inſolentius,
Tandem immodeſtis canna parcens litibus,

Silentium

Silentium egit, tempus exſpectans ſuum.
Ecce autem atroci turbine Eurus impotens
Incubuit arvis: cui quum oliva improvide
Obniteretur, fracta procubuit ſolo.
At canna cedens ultro, & huc illuc levi
Inflexa declinatione ſpiritus,
Incolumis & ſuperſtes adverſariae,
Gravem ejus olim riſit inſolentiam.

*Potentiori non reluctari expedit.*

## L.

### *La Canne & l'Olivier.*

LA Canne & l'Olivier jadis ſe querellérent
Sur le point de la fermeté;
Et s'échauffant d'un & d'autre côté,
Très indignement ſe traitérent.
Quoi donc, folle, à ce que je voi,
Tu t'oſes comparer à moi?
Dit l'Olivier, moi dont le tronc robuſte,
De racines environné,
Dans terre eſt ſi bien cramponné?
Toi qui n'eſt pas même un arbuſte,
Et dont le corps foible & mouvant
Eſt le joüet du moindre vent.
Alors ſurvint un furieux orage.
L'orgueilleux Olivier, ſans craindre ſon ravage,
Tient ferme & ſe roidit contre les Aquillons;
Mais leur impetueuſe rage

L'abbat, & par éclats l'étend ſur les ſablons.
Pour la Canne, elle s'humilie,
Se courbe, s'abaiſſe, & ſe plie
Au gré des bruyans tourbillons;
Et quand leur fougue fut paſſée,
Sans avoir rien ſouffert de leur plus rude effort,
Sage elle ſe moqua de l'audace inſenſée
De l'Olivier & de ſon ſort.
" Il faut toûjours le ceder au plus fort.

## LI.

### *Aſini, & Jupiter.*

PERTAESA gens aſinina duras ſarcinas,
Legationem miſit ad ſummum Jovem,
Aliquando ut a tam exercita vita ſibi
Tandem quietem, & otium concederet.
Quibus volens denunciare Jupiter,
Fieri id nequire, tum quieturos eos
Reſpondit, ubi tantum univerſi mejerent,
Uti perenne flumen inde exſiſteret.
Ex illo aſini, eum exiſtimantes ſerio
Haec elocutum, ubi alter alterius vident
Urinam, ibi inſuevere vulgo mejere.

## LI.

*Les Anes & Jupiter.*

LES pareſſeux Baudets, gent fournoiſe & mauſſade,
Un jour vers Jupiter vinrent en ambaſſade
Le prier qu'ils fuſſent exemts
De porter déſormais des fardeaux ſi peſans.
Le Souverain des Dieux voulant leur faire entendr e
Qu'ils ne s'y devoient pas attendre,
Leur dit, en ſe mocquant, qu'ils auroient du repos,
Lorſqu'ils piſſeroient tant & de telle manière,
Qu'ils formeroient une rivière.
Les Baudets furent aſſez ſots
Pour croire ſerieux ce folâtre propos;
Et de là vient que toute bête aſine,
Qui toûjours du travail cherche à ſe diſpenſer,
Dès que de ſon ſemblable elle apperçoit l'urine,
Se met auſſitôt à piſſer.

## LII.

## LII.

### *Herus, & Canis.*

CANEM habuit olim quidam: is illum paſcere
Quum vellet, id manu ipſe faciebat ſua.
Quum vero verberare eum decreverat,
Servo ſuo mandabat illud muneris.
Pertaeſus ejus vitae ad extremum canis
Aufugit. Herus huic poſtea caſu obvius
Convicium ingens fecit, oneravit probris,
Et beſtiam appellavit ingratiſſimam:
Quod ſemper ab ſe paſtus, atque habitus bene,
Nec verberatus umquam, herum tam amabilem
Puis au Lion courut en faire feſte.
Le Lion qui ſçut remarquer
Que l'Ane ainſi captif ne pouvoit lui manquer,
Vous trouſſa le Renard en malle ;
Et pour punir encor ſa faute déloyale,
Sous les yeux du Baudet ſe mit à le croquer.
" Le traître fort ſouvent voit punir ſon offenſe
" Par celui qui devoit lui donner recompenſe.

## LXXXIII.

*Formica.*

FOrmica quae nunc eſt, homo fuit quondam,
Agro colendo continenter incumbens ;
Nec ſecius, ſilente nocte, furtivas
Fruges propinquis ſaepe devehens arvis;
Avidoque ſemper omnia horreo condens.
Abominatus Jupiter, ſub humana
Specie ac figura tam nefarium monſtrum,
In hujus illum membra vertit inſecti,
Formica quae nunc dicitur. ſed ut formam
Mutavit oris, non refinxit & mores:
Etenim rapinis nunc quoque arva divexat;

Et

Et insolentes ex agris agit praedas,
Cupida, & tenax, semperque parca quaesiti.

*Eadem manet natura, sorte mutata.*

## LXXXIII.

### *La Fourmi.*

L'Agissante Fourmi fut un homme autrefois,
Attaché sans cesse à l'ouvrage,
Allant même la nuit dans les prés, dans les bois,
Et dans les bleds de tout son voisinage,
Pillant, volant, sans mesure & sans choix.
Jupiter eut horreur d'un pareil brigandage,
Et pour l'honneur du genre humain,
En un insecte vil le transforma soudain,
Sans rien changer aux mœurs qui sont toûjours les mêmes;
Car encor la Fourmi, durant tous les Estez,
Avec des soins & des peines extrêmes,
Vole, emporte & ravit les grains de tous côtez.

" Changer d'état est chose assez vulgaire;
" Mais de changer de mœurs, cela ne se voit guère.



## LXXXIV.

### *Asinus, & Equus.*

ASinus beatum existimaverat quondam
Equum, quod affluenter hordeo pastus,
Habitusque semper eleganter, & laute,
Cutis nitore, obesitate membrorum,
Curam in se herilem, gratiamque praeferret:
Quum ipse interim ne vilibus quidem posset
Paleis famem, & jejuna viscera implere,
Praesertim iniqua sarcina fatigatus.
Sed enim, coorto forte bellico motu,
Quum armis opertum hero insidente vidisset
Equum apparari ad pugnam, & arciter saepe

Calcaribus vexatum in hoſtium turmas
Agi; unde vulneratus, & gravi caſu
Collapſus, animam vix trahebat afflictam;
Sententiam mutavit; & ſuam ſortem
Prae ejus miſera rurſus haud malam duxit.

*Periculoſum divitum ſtatum ſpectans,*
*Pauperiem, & artam diſce amare fortunam.*

## LXXXIV.

### *L'Ane & le Cheval.*

L'Ane eſtimoit le Cheval bienheureux.
De manger tout ſon ſaoul de l'orge & de l'aveine;
Et de ſe panader ſous de harnois pompeux,
Exempt de travail & de peine;
Pendant que lui Baudet mourant de mallefaim,
Ne mangeoit, tout au plus, que quelque bout de natte,
Et ſous le fardeau qui le matte,
Rouloit ſon malheureux deſtin.
Mais une guerre alors vivement allumée
Ayant forcé ſon Maître à monter à Cheval,
Il vit ce ſuperbe Animal
De cent coups d'éperon la peau toute entamée,
Aller aux ennemis, eſſuyer leur courroux,
Et n'en ſortir que tout percé de coups.
L'Ane ayant vû ce que c'eſt qu'une Armée,
Et du Cheval quel fut le traitement;
Tout compenſé, changea de ſentiment.

" Qui du riche & du grand voit le peril extrême,
" Aime le bien modique, & la pauvreté même.

## LXXXV.

### *Monedula.*

PAstor prehenſae ab ſe pedem monedulae
Filo alligavit ; atque eam gnato ſuo
Puerile, quicum luderet, munus dedit.
Quae vitam eam pertaeſa, quum primum fugae
Occaſio eſt oblata, cum vinclo avolans
Se in arborem, ſuumque nidum contulit.
Circumvoluto vero ramis vinculo,
Seſe expedire ad evolandum non valens,
Quum inſtare mortem jam videret, Hei mihi,



Lacrimans

Lacrimans ait, gemenſque, quae ſat commodam
Heri mei gravata conſuetudinem,
Me me ipſa libertate, vitaque exui.

*Incommodorum ſaepe leviorum fuga*
*In calamitates maximas incurritur.*

## LXXXV.

### *La Chouette.*

UN Berger ayant pris une jeune Choüette,
Son pied d'un fil il enlaça,
Et pour joüer à ſon fils la laiſſa.
La pauvre bête étoit bien inquiète;
Et déplorant ſon triſte ſort.
Avec l'Enfant s'ennuyoit fort.
Laſſe donc de vivre captive,
Adroitement elle s'eſquive,
Et s'alla percher loin de là,
Sur un arbre, où le fil qu'elle traîne après elle,
Dans un fourchu ſi bien s'entortilla,
Que plus elle battit de l'aîle,
Plus le maudit fil s'embroüilla.
Voyant donc que la mort étoit inévitable;
Helas que je ſuis miſerable,
Diſoit-elle en ſe débattant;
Pour n'avoir pû me voir doucement aſſervie
Sous un maître qui m'aimoit tant,
Avec la liberté je perds encor la vie!

" Pour fuir un leger mal, une foible douleur,
" Souvent l'on tombe en un affreux malheur.

## LXXXVI.

### *Herus, & Canes.*

Hiberna nimbo continente tempeſtas
Quemdam ſuo deprendit in ſuburbano.
Is primum oves, dein comedit & capras:
Poſtremo tempeſtate perſeverante
Operarios quoque inſtitit boves veſci.
Quod ubi canes videre, territi ſane,
Interque ſeſe clam timore muſſantes,
Quantum poteſt fugiamus, inquiunt: nam qui
Ne operariis pepercerit quidem bobus,
Nobiſne eum putamus eſſe parſurum?
*Caris iniquus, eſſe cui poteſt aequus?*

## LXXXVI.

### *Un Maitre & ſes Chiens.*

UN bon Bourgeois ſe voyant retenu
Par un vilain tems continu,
Dans une de ſes metairies;
Mangea d'abord de ſes troupeaux
Les chevres, les moutons, les brebis, les agneaux,
Et vécut de ſes Bergeries.
Le tems continuant, les bêtes de labour
Fournirent de viande à leur tour;
Les chiens épouvantez de ce qu'ils voyoient faire,
Fuyons, dirent-ils, promptement;
Puiſqu'on n'épargne pas le bétail neceſſaire,
Nous n'éviterons pas un pareil traitement.

" Pour ſes amis quand un cœur n'eſt pas tendre,
" L'étranger n'en doit rien attendre.

## LXXXVII.

### *Agnus, & Lupus.*

STans in ſupremo culmine agnus aedium
In tranſeuntem probra jactabat lupum,
Quaecumque in improbam & voracem beſtiam,
Saevam atque ſanguinariam dici queunt.
Olli quieta mente ſubridens lupus,
Non tu mihi maledicis, inquit, o bone,
Sed iſte, quo confidis, excelſus locus.

*Adverſus homines praepotentes, & graves,*
*Tenuibus animos tempus addit, & locus.*

## LXXXVII.

### *L'Agneau & le Loup.*

UN jeune Agneau, du haut d'une maiſon,
Voyant un Loup qui paſſoit dans la plaine,
Verſa ſur lui tout le poiſon.
Que pût lui ſuggerer ſa haine.

Le loup en ſouriant d'un ſouris traître & noir
Lui répondit ſans s'emouvoir:
Ce n'eſt pas toi qui m'oſes faire injure;
Mais bien cette retraite ſeure,
D'où ſans peril tu me peux voir.

" *Des tems, des lieux bien ſouvent l'avantage*
" *Des plus Petits élève le Courage.*

## LXXXVIII.

### *Asinus, & Vulpes.*

LEonis olim pelle asellus indutus
Reliquas quadrupedes territans vagabatur.
Vulpi quoque obviae insolenter insultans,
Terrere & hanc tentavit: illa, quae ignavum
Rudentis ejus forte murmur audisset,
Tua, inquit, ista horrenda torvitas oris
Gravi profecto me pavore complesset,
Nisi, qui leo esses, te rudente cognossem.

*Indoctus idem, atque arrogans, suo semet*
*Sermone, & ignorantiam suam prodit.*

## LXXXVIII.

### *L'Ane & le Renard.*

SOus la peau d'un Lion, l'Ane s'étant caché,
A tous les Animaux fit une peur horrible ;
Le Renard même en fut effarouché,
Et redouta long-tems ſa figure terrible.
Mais l'aiant oüi braire, il s'approcha de lui:
Je ſerois mort, dit-il, d'horreur & d'épouvante,
Sans ta voix qui m'apprend ta bonté patiente,
Et quel Lion en toi nous voions aujourd'hui.

" Du ſuperbe Ignorant, dés qu'il rompt le ſilence,
" On voit l'orgueil & l'ignorance.

## LXXXIX.

# LXXXIX.

## *Aſinus, Corvus, & Lupus.*

EXulceratus dorſum aſellus errabat
Per prata: cujus ulcera advolans corvus
Tundente reſcindebat improbus roſtro.
Rudebat ille, foeda labra diſtorquens:
Crebroſque calces prae dolore jactabat.
Morſum ulcerum repetente ſaepius corvo,
Spectaculum ſane elegans agaſoni
Viſum, ut profuſos ſolveretur in riſus.
Quod intuens e proxima lupus ſilva,
Me miſerum, ait; quem ſi vel eminus tantum
Vident, acerbe perſequuntur: huic vero
Noxam quoque admittenti amanter arrident.

## LXXXIX.

*L'Ane, le Corbeau, & le Loup.*

UN Ane écorché juſqu'aux os,
Paſſoit le long d'une prairie ;
Un Corbeau carnacier ſe percha ſur ſon dos,
Et ſans lui donner de repos,
Le bequetoit avec furie,
L'Ane de braire, en tordant le muſeau,
Et de faire horrible grimace,
De ruër, de changer de place,
Sans ſe pouvoir délivrer du Corbeau.
Un Muletier, témoin de l'avanture,
Rioit de tout ſon cœur & même outre meſure.
Un Loup dans la foreſt caché,
Diſoit : helas ! que je ſuis miſerable,
Si-tôt que je parois, on me court, on m'accable,
Et celui-cy qui ſe tient attaché
Sur ce pauvre Ane qu'il déchire ;
On le voit, on le ſouffre, & l'on n'en fait que rire.

## XC.

## XC.

### *Mercurius.*

MErcurium ab alto misit olim Jupiter,
Artificibus medicamen ut mendacii
Misceret. ille diligenter id terens
Ad constitutum mente mensurae modum,
Circumtulit, partemque cuique miscuit.
Solus supererat sutor: & medicaminis
Multum etiam erat: quod universum illi Deus
Ipso ebibendum praebuit mortario.
Hinc factum, ut omnis mentiatur artifex,
Sed sutor illo in genere praestet omnibus.

## XC.

### *Mercure.*

UN jour le Maitre du Tonnerre
Envoya Mercure ſur Terre,
Avec ordre de départir
A tous les Artiſans le talent de mentir.
Il fit auſſi-tôt un breuvage
Qui conferoit cet avantage.
Chacun en prit ; il eſt reſta beaucoup ;
Mais le Tailleur acheva tout d'un coup,
Et par lui ſeul la couppe fut tarie.
Ce jus de tous les jus lui ſembla le meilleur,
Et de là vient qu'en fait de menterie
Nul Artiſan n'approche du Tailleur.

## XCI.

## XCI.

### *Bubulcus, & Hercules.*

VIA in lutoſa praegrave haeſerat plauſtrum,
Merſis ad uſque axem rotis.
Nihil hic bubulcus providere, nec ſeſe
Opi ferendae accingere:
Tantum ſedens, ſuamque conquerens ſortem,
Magnum invocabat Herculem.
Cui nube fultus candida Deus, praeſto
Fuit, & monere haec inſtitit:
Age, inquit, & tu enitere ipſe per tete,
Atque id, quod in te eſt, expedi:
Stimulo boves, humeriſque promove plauſtrum.

Tum demum agentem gnaviter
Vocatus adjuvabo, vique caeleſti
Humana vota proſequar.

*Vigilando, agendo, providendo quod poſſis,*
*Paratur e caelo favor.*

## XCI.

### *Le Bouvier & Hercule.*

UN Chariot dans une graſſe argile
Malgré ſix bœufs demeuroit immobile,
Et de ce Chariot un Bouvier conducteur
Avec de longs ſoûpirs lamentoit ſa miſère ;
Et ſe tenant là ſans rien faire,
D'Hercule imploroit la faveur.
Alors ſur une claire nuë
Hercule s'offrit à ſa veuë,
Et lui tint ce ſage diſcours :
Courage enfant, que ton cœur s'évertuë,
Toy-même icy prête-toy du ſecours,
Pique tes bœufs, pouſſe à la rouë
Mets-toy, s'il le faut, dans la bouë,
Agis & ne ceſſe un moment
De te donner du mouvement ;
Fais pour domter tout obſtacle contraire,
Sans jamais dire c'eſt aſſez,
Ce qu'humainement on peut faire ;
Et tes vœux ſeront exaucez.

" Veiller, prévoir, agir avec conſtance,
" Sur nous du Ciel attire l'aſſiſtance.

## XCII.

### *Momus.*

JUpiter, & Neptunus, & artibus inclyta Pallas,
Certavere olim, quis eorum pulchrius orbi
Quid daret. ergo hominem ſpecioſum Rector Olympi,
Diva domum, ſalſae taurum Rex edidit undae.
Tum Momus judex accitus, & omnia juſſus
Contemplarier, atque aequa perpendere lance
Is primum in tauro reprehendere cornua coepit,
Quod fronti haererent: etenim conſultius armos,
Acrior unde ictus foret, armatura fuiſſe.
Tum ſenſum mentemque hominis ſub pectore clauſam
Carpere: quanto illam melius potuiſſe vel extra
Conſtitui, vel per patulam apparere feneſtram;

Ut meditata ejus penitus noviſſe liceret.
Poſtremo damnare domum, vitiique notare,
Mobilibus quod nixa rotis non eſſet, ut una
Cum domino externas proficiſci poſſet in oras,
Vicinumque malum effugio vitare parato.
*Damnari, carpique etiam rectiſſima poſſunt.*

## XCII.

### *Momus.*

NEptune, Jupiter & la ſage Pallas
Eurent jadis de grands débats,
A qui, pour embellir la terre,
Lui feroit le don le plus beau.
Celui qui lance le Tonnerre
De l'Homme fit preſent; Neptune du Taureau,
Pallas de la Maiſon. Momus dont la Satyre
N'épargna jamais rien, Juge fut appellé.
Aucun don ne paſſa ſans être contrôllé.
Et ſans que ſon chagrin n'y trouvât à redire.
Le fier Taureau lui ſembla n'avoir pas
Les cornes ſur le front heureuſement placées,
Et que ſur l'eſtomac intrepide aux combats,
Plus ſagement on les auroit dreſſées.
A l'égard de l'Homme il reprit
Que ſon corps cachât ſon eſprit,
Et dit: qu'il y falloit au moins une fenêtre,
Par où tout ce qu'il penſe, auroit pu ſe connoître.
Pour la Maiſon, il auroit ſouhaité

Que voiturable à volonté
Sur des rouleaux elle eût éte batie,
Afin que, de voiſins étant mal aſſortie,
On eût pû la rouler ailleurs,
Et ſans ſe déloger en trouver de meilleurs.

" Il n'eſt point de ſi belle choſe
" Qu'aiſément deſſus on ne gloſe.



## XCIII.

### *Arbores, & Rhamnus.*

REgnum olim olivae detulerunt arbores,
Et valida late ſceptra gentis frondeae.
Quibus illa, quae contenta ſorte eſſet ſua,
O amicae, ait, meam ne pinguitudinem,
Diis atque hominibus expetitam, deſeram,
Ut imperem, regnique curis macerer?
Ite, oro, & alii ſarcinam hanc imponite.
Rejectæ eunt ad ficum: uti regnet, rogant:
Quae & ipſa, per ſe laeta nativis bonis,

Egone ut meam dulcedinem, & ſuaviſſimos
Fructus, ſapori mellis Hyblaei pares,
Angore mutem, quo hic honos exuberat?
Re rurſus infecta haeſitabundae arbores
Vitem quoque ſtatuere tentandam ſibi.
Ea tum nigranti concolores purpurae
Uvas onuſtos explicans per palmites,
Videtis, inquit, has opes, hanc copiam,
Hoc delicatum tot racemorum decus,
Deo unde, hominibuſque humor acceptus fluit?
Haec dona opima, haec tanta naturae bona
Ut deſeram, vos eſtis auctores mihi?
Tum vero me omnes omnium ſtultiſſimam
Exiſtimarint arborum, ſi id fecero,
Quo me ipſa perdam, ceteris ut conſulam.
Haec illa: at hae, jam ſupplicandi taedio
Feſſae, ac labore, rhamno honorem deferunt.
Elatus ille regio faſtu, ac tumens,
Si rex, ait, ſum veſter, ad me accedite
Omnes, & umbra ſub mea conſidite.
Ni id feceritis, rapidus ignis, nemini
Parſurus, ex me erumpat, atque ipſas quoque
Excelſiores hauriat Libani cedros.

*Aliis praeeſſe optabile iis tantummodo eſt,*
*Libidini ſervire qui volunt ſuae.*

## XCIII.

## XCIII.

### *Les Arbres & le Prunier ſauvage.*

LES Arbres autrefois priérent l'Olivier
D'être leur Roi. Le paiſible frutier
Leur dit voulez vous que je quitte
Cette douceur qui fait tout mon mérite,
Et dont je reçois tant d'honneur,
Pour prendre les peines que donne
Le triſte poids d'une Couronne?
Allez ailleurs faire de tels preſens.
Il s'en vont au Figuier, dont la tige feconde
Par deux fois produit tous les ans
Les plus excellens fruits du monde.
Me croiez-vous, dit-il, ſi fou, ſi malheureux,
Que je veuille regner, & que jamais je change
Mes doux fruits avec ce mélange
De travaux & de ſoins fâcheux,
Que les Sceptres toûjours amenent avec eux?
Non, ſans doute, & d'ailleurs je ne m'en ſens pas digne.
Refuſez de la ſorte ils vont trouver la Vigne,
Qui leur montrant ſous ſes rameaux
Ses belles grappes colorées,
Les unes d'or, les autres empourprées,
Leur dit: remarquez-vous combien mes fruits ſont beaux?
Conſiderez-vous bien encore
Combien leur jus delicieux
Eſt du couchant juſqu'à l'Aurore,

Aimé des hommes & des Dieux?
Et vouz voulez que j'abandonne
Tous ces biens que le Ciel me donne,
Pour vous conduire, & pour m'embaraſſer
D'une grandeur vaine & frivole,
Dont je me puis fort bien paſſer?
Non, non, je ne ſuis pas ſi folle.
Les Arbres fatiguez, & qui ne vouloient plus
Eſſuyer de pareils refus,
Vont trouver le Prunier ſauvage,
L'éliſent pour leur Prince, & lui rendent hommage.
Lui, ſe gonflant d'un orgueil faſtueux,
Leur dit, en s'élevant ſur eux:
Si je ſuis vôtre Roi, venez ſous mon ombrage.
Quoi, vous ne venez pas? que le feu de ma rage
Vous brule tous, & vous ravage,
Depuis le plus grand Cedre & le plus orgueilleux,
Juſqu'au moindre arbriſſeau du plus petit bocage.
" Ceux-là ſeuls pour regner ont de la paſſion,
" Que poſſéde une folle & vaine ambition.

## XCIV.

## XCIV.

### *Spes.*

BOna universa Jupiter coëgerat
In dolium; idque sane opertum sedulo
Mortali amico deinde commendaverat.
Is gestiens, quid intus esset, visere,
Quum operculum amovisset, in coelum illico
Cuncta evolarunt; Spes modo haesit in labro:

Hinc *in bonorum sola defectu omnium*
*Mortalibus Spes alma numquam deficit.*

## XCIV.

### *L'Eſperance.*

DANS un tonneau Jupiter avoit mis
Tous les biens qu'en ce monde il donne à ſes Amis.
Il en fit le dépoſitaire
Un mortel, qui trop curieux,
L'ayant ouvert pour ſonder le myſtère,
Vit tous ces biens s'envoler dans les Cieux.
L'aimable & trompeuſe Eſperance,
Par l'ordre de la Providence,
Demeura ſeule au fond. " Ainſi, quoiqu'ici bas
" Souvent de tous les biens nous regrettions l'abſence,
" L'eſpoir ſeul ne nous quitte pas.

## XCV.

*Asinus simulacrum gestans.*

SImulacrum asellus bajulans argenteum,
Quum id transeuntes flexo adorarent genu,
Sui hoc honoris gratia est fieri ratus.
Jamque insolenti elatus arrogantia,
Nolebat asinus esse, donec aspero
Probe dolatus fuste clunes, audiit,
O stulte, non es tu Deus, sed fers Deum.

*Se norit hominem, qui magistratum gerit.*

## XCV.

### *L'Ane portant une Idole.*

UN Ane qui d'un Dieu portoit l'auguſte Image,
Prenoit pour lui tous les honneurs,
Tout l'encens & toutes les fleurs
Qu'on prodiguoit ſur ſon paſſage.
Alors à grands coups de bâton
On lui rabaiſſa le courage.
Apprens, bourique, lui dit-on,
Qu'au Dieu, non pas à toi, ſe rend tout cet hommage

" Souvent un Magiſtrat ſe trouve en ce cas là,
" En doit tous ſes honneurs à la charge qu'il a.



## XCVI.

### *Caſſita.*

ALes eſt caſſita, ſummum pileata verticem,
In ſegetibus nidulari ſueta, & ova excudere
Ferme in anni tempus illud, filios ut puberes,
Appetente meſſe, primis inſtruat volatibus.
Forte tempeſtiviora legit haec quondam ſata:
Itaque flaveſcente ſegete pulli adhuc implumibus
Egredi materna tecta non valebant artubus.
Igitur ad cibum parandum ſaeta proficiſcens foras
Monuit hos, ſi quid viderent, ſi quid audirent novi,
Sedulo ut renunciare cuncta meminiſſent ſibi.
Ecce dominus ſegetis illuc venit; & gnatum vocans,

Cernis haec maturuiſſe, & poſtulare jam manus;
Proinde cras ubi diurnum fulſerit crepuſculum,
Ito, ait, rogato amicos mutuam, in meſſem hanc, opem.
Anxii pulli reverſae matri id ipſum nunciant:
Illa eos eſſe otioſos, atque ſecuros jubet:
Non enim meſſem futuram, dum ille amicis fideret.
Poſtero die profecta rurſus ad paſtum alite,
Dominus opperitur illos, quos vocari juſſerat:
Sol inardeſcit: nihil fit: praeſto amicus nullus eſt.
Tum ille gnato, Iſti amici noſtri, ait, ſunt deſides:
Quin ad affines rogandos, & propinquos pergimus,
Tempori cras ad metendum praeſto uti nobis ſient?
Rurſus hoc pulli parenti territi renunciant.
Mater illos tum quoque eſſe ſine metu & cura imperat.
Vos modo, inquit, adnotate diligenter omnia,
Quaeque dicentur per illum, quaeque fient denuo.
Alia lux exoritur: ales pabulatum provolat.
Ille vir bonus propinquos fruſtra, & affines manet.
Quos jubens tandem valere, filio edixit ſuo,
Ut duas deferret illuc luce falces poſtera:
Tu tibi unam ſumito, inquit, alteram ipſe ſumſero:
Rem geremus marte noſtro, & copiis domeſticis.
Hoc ubi reſcivit ales, ilicet pullis ait:
Nunc profecto providendum eſt, vos ut alio transferam:
Nam ſeges cras demetetur iſta certo certius:
Quando is ipſe, cuja res eſt, illam agendam ſuſcipit.

*Hoc erit tibi argumentum ſemper in promtu ſitum,*
*Nequid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.*

## XCVI.

## XCVI.

### *L'Aloüette.*

LA gentille Aloüette eſt un petit Oiſeau,
Qui porte au ſommet de ſa tête
Une houppe en forme de crête,
Et qui dans les guerets, au tems du renouveau,
De ſes Petits fait le berceau ;
Diſpoſant ſi bien ſa famille,
Qu'ils ne commencent à voler
Aſſez pour ailleurs s'en aller,
Que lorſque la moiſſon demande la faucille.
Une fois par hazard, dans des Segles hâtifs
Ayant établi ſa demeure,
Elle vit la moiſſon n'attendre plus que l'heure,
Et ſes Petits n'être pas aſſez vifs
Pour s'envoler ſur un autre heritage.
En ſortant donc pour aller au fourage
Dans les beaux Fromens d'alentour,
Elle eut bien ſoin de leur preſcrire
D'écouter tout & de tout lui redire.
Le Maître vint de ſon champ faire un tour
Avec ſon fils. Cette piece de Segle
Eſt meure, lui dit-il, & ne s'amende pas;
Le grain en tombe, & dans la regle
Elle devroit déja toute entiére être bas.
Va donc chez nos Amis, ſi-tôt que de l'Aurore
La premiere lueur commencera d'éclore,

Les ſupplier de nous prêter la main
Pour moiſſonner cette piece demain.
Dès auſſi-tôt que l'Aloüette mere
Eut rejoint dans ſon nid ſes petits effrayez,
Craintifs & tous enſemble ils lui dirent l'affaire.
Ne vous allarmez point, leur dit-elle, & croyez
Que perſonne demain n'entamera l'ouvrage,
Ni n'entrera dans l'heritage,
S'il eſt vrai qu'il s'en ſoit remis
Au ſervice de ſes Amis.
Etant donc au matin dans les champs retournée,
Le Maître vint pour voir ſi de bonne façon
On ſe prenoit à faire ſa moiſſon;
Mais il n'y vit perſonne, & déja la journée
Beaucoup vers le Midi s'étoit acheminée.
Nous n'avons pour amis que de francs pareſſeux,
Dit-il, & c'eſt à tort que nous contons ſur eux.
Va trouver nos Parens, va t'en leur faire entendre
Que dès demain, ſans plus attendre,
Ils viennent moiſſonner cette piece de Blé.
Le Nid, de ce diſcours cruellement troublé,
En avertit la bonne Mere,
Qui ne s'en effarouchant guere,
Leur dit: ne craignez rien, & demeurez en paix.
L'Aurore à peine éclaira les guerets,
Que le Maître arrivant, & ne voyant perſonne
Qui pour lui dans ſon champ moiſſonne,
Dit à ſon fils: n'attendons plus aprés
Ni nos amis, ni ceux que de plus près
Le ſang unit à nos familles;
Chacun d'eux ne ſonge qu'à ſoi.
Icy demain apporte deux faucilles,

L'une pour toi, l'autre pour moi:
S'attendre au bras d'autrui, c'eſt une erreur extrême;
Nous ferons la choſe nous même.
Lors que de ſes enfans l'Aloüette eût appris
Le vigoureux deſſein que le Maître avoit pris,
Il faut, dit-elle, que je ſorte;
Cette fois-cy c'eſt tout de bon.
Demain ſe fera la moiſſon;
Puis qu'il s'y prend de cette ſorte.

" De ce qui par toi-même à fin peut être mis,
" Ne t'en remets à tes Amis.

XCVII.

## XCVII.

### *Vulpes, & Simius.*

ANimalium potitus imperio leo,
Ea exfulare e finibus regni fui,
Honore caudae quae carerent, jufferat.
Pavefacta vulpes, ire in exfilium parans,
Jam colligebat vafa. cui quum fimius,
Ad regis imperata jam vertens folum,
Non pertinere edictum ad illam, diceret,
Quae tantum haberet caudae, ut & fuperforet:
Verum, inquit illa, dicis; & recte admones;

Sed qui ſcio, inter illa, quae cauda carent,
An me leo numerare vel primam velit?

*Cui vita ſub tyranno agenda contigit,*
*Inſons licet ſit, plectitur ſaepe ut nocens.*

## XCVII.

### *Le Renard & le Singe.*

A Force d'ongles & de dents,
Le fier Lion, malgré tous prétendans,
Roi des Brutes ſe fit élire,
Et pour l'honneur de ſon Empire
Voulut que, comme mutilez,
Tous Animaux ſans queuë en fuſſent exilez.
Un Renard des plus fins plie auſſi-tôt bagage;
Un Singe, preparé pour le même voyage,
Lui-dit: & pourquoi fuyez-vous?
Nul n'a de queuë un ſi bel équipage;
Vraiment c'eſt ſe mocquer de nous.
Nullement, reprit-il, qui peut, je vous demande
M'aſſeurer que le Roi qui n'aime que le ſang,
Quoique j'aye une queuë & ſi belle & ſi grande,
N'inſcrira pas mon nom ſur la triſte légende
De ceux qui n'en ont point & même au premier rang?
" Sous un Tyran cruel guères n'eſt préferable
" Le ſort de l'innocent à celui du coupable.

## XCVIII.

### *Ruſticus, & Jupiter.*

FUndum colendum ruſticus quondam ab Jove
Conduxit aequa parte cum illo fructuum,
Hac lege, ut omnem ad ipſius nutum Deus,
Ad ruſtici, inquam, juſſa ſummus Jupiter
Plueret, ſerena faceret, auras mitteret.
Ita deinde fundus ſedulo eſt coeptus coli:
Sata provenire, & aucta culmis ſurgere:
Praeſtante pactas temporum vices Deo:
Et ad imperata, nunc citum Favoniis,

Nunc uvidum exhibente, nunc ſudum aëra.
Fit ecce meſſis: qua ſpem hiantis ruſtici
Vanis ariſtis ſterilis eluſit ſeges.
Subriſit, & jacturam eam haud aegre tulit
Qui templa coeli torquet, & terrae ſola.
Sed ſpecimen ut prudentiae ſuae daret,
Vides, bone, ait, agricola, quid profecerint
Abs te inſtitutus annus, & cultum ſolum:
Parente ſemper me tibi, & ſemper tua
Obnoxiis ad vota tempeſtatibus.
Nunc ſi placet, videamus annum hunc proximum:
Tu arato, tu ſarrito, tu occato ut ſoles:
Me ſine ſuperne regere, & arbitrio meo
Ventos ciere, nubilum & ſudum dare:
Mea faxo videas ratio quam praeſtet tuae.
Haec Jupiter: cui quum annuiſſet ruſticus,
Anno inſequenti verſus ordo temporum
Laeto replevit vacua proventu horrea.
Ex illo omiſit homo Deo praeſcribere:
Bonique cuncta, quae ille præſtat, conſulit.

## XCVIII.

### *Le Païſan & Jupiter,*

ENtre les mains d'un Païſan
Jupiter autrefois remit un heritage,
Et lui dit que des fruits ils feroient le partage
Entre eux deux à la fin de l'an,
Avec ce pact encor que le Maître du monde

Feroit

Feroit neiger, pleuvoir, venter, geler, tonner,
Et luire du Soleil la lumiere feconde,
Ainſi qu'au Païſan il plairoit d'ordonner.
Il ſe mit donc à remüer la terre,
A la herſer, à la ſemer.
Et ſur tout à la bien fumer.
Tout crut, tout profita; car le Dieu du Tonnerre
Donnoit le tems que l'homme demandoit:
Mais quand la Moiſſon vint, cet homme malhabile,
Au lieu des grains qu'il attendoit,
Ne recuëillit qu'une paille ſterile.
Jupiter en ſourit, & ſe triſte malheur,
Affligea peu le Roi du monde,
Qui Maître ſouverain de la Terre & de l'Onde,
Et des biens & des maux juſte diſpenſateur,
Voulut montrer combien ſa Providence
L'emporte ſur nôtre prudence.
Tu vois, dit-il au Laboureur,
Ce qu'il t'en prend d'avoir reglé l'année,
Et fait du tems la deſtinée;
Laiſſe-moi donc en ordonner,
Et ne prens ſoin que de la Terre:
Contente-toy de la bien façonner,
Et de faire aux Mulots un cruelle guerre,
Et moi j'aurais le ſoin de neiger, de pleuvoir
Et de donner le tems tel qu'il le faut avoir.
La choſe ainſi ſagement digerée,
Du Païſan fut agréée
Si grande fut de l'an d'après
La fertilité des guerets,
Que les greniers qui de grains ſe rempirent,
Pour les contenir tous à grand' peine ſuffirent.
Depuis l'homme ignorant & ſuperficiel
N'a plus voulu regler le Ciel.

## XCIX.

*Leo, Lupus, & Vulpes.*

AEgrum leonem quadrupedes inviſere,
Ceſſante ſola vulpe, jam omnes iverant.
Ibi regis aures credulas nactus lupus
Calumniari & carpere abſentem inſtitit:
Quid eam impedire, quid morari, quo minus
Veniret aegrum regem & ipſa viſere,
Niſi contumacem ſpiritum, & ſuperbiam,
Qua gloriam de rege contemto petat?
Interea ad ipſa jam perorantis lupi

Extrema

Extrema ferme verba vulpes adfuit,
Ita ut probe omnem vafra rem conjecerit.
Infremuit ira incenſus in vulpem leo:
Quae ſe tamen gravi ex pavore colligens,
Defenſionis impetrato tempore,
Cauſſam ſuam eſt exorſa in hanc ſententiam.
Generoſe rex, quis, inquit, eſt ex omnibus,
Quicumque in hunc coïere regalem ſpecum,
Qui pro ſalute tam laborarit tua,
Quantum ego? per omnes miſera quae terras ii,
Omnes medentes, fana conſului omnia,
Uti remedium quaererem regi meo:
Tandemque reperi. Juſſa proferre illico,
Ut, inquit, involvare detracta recens
Et adhuc calente pelle viventis lupi.
Sane facile medicamen eſt, inquit leo:
Lupus ecce adeſt: viventem eum deglubite.
Quo facto, amaris illa cum facetiis
Converſa ſemivivum ad adverſarium,
Cur nudum, ait, te in publico video, lupe?
An forte fieri vis palaeſtrita e coquo?
Sic eat, herili quiſquis olim gratia
Abuti ad innocentium peſtem volet.

## XCIX.

*Le Lion, le Loup, & le Renard.*

UN Lion dans un bois ſouffrant de cruels maux
Giſoit environné de tous les Animaux :
Le Renard ſeul manquoit à l'aſſemblée,
Du mal du Prince inquiète & troublée.
Le Loup qui de mal faire eut toûjours le talent,
De ſon abſence alors ſe prévalant,
Dit au Lion : quelle affaire importante
Peut empêcher le Renard d'être icy ?
C'eſt de ſon Prince avoir peu de ſouci ;
Mais quois ! telle eſt ſon humeur arrogante,
Que même il ſe fait un honneur
Du mépris dont il uſe envers vôtre Grandeur.
Le Rénard à ces mots qui ne pouvoient lui plaire,
Et qu'aiſément il déchifra,
Dans la Salle Royale il entra.
Le Lion brulant de colère,
Fit un affreux rugiſſement,
Et le Renard bien humblement
Pour etre oüy preſenta ſa Requête.
Le Lion en baiſſant la tête,
Le lui permit dans le moment.
Grand Roi, dit le Renard, dont le ſuprême empire,

Sur tous les Animaux s'étend,
Sans vanité j'oſerois bien vous dire
Que pour vôtre ſanté j'ai moi ſeul fait autant,
Et plus que n'en ont fait enſemble
Tous ceux qu'en cette Cour le bien public aſſemble:
J'ai cent Medecins conſultez,
Mille païs j'ai viſitez,
Sans oublier les lieux où ſe font des miracles.
J'ai paſſé par tous les Oracles,
En un jour j'ai tout éprouvé
Pour avoir le remede, auſſi l'ai-je trouvé.
De le ſavoir chacun brule d'envie,
Et veut qu'à l'inſtant il le die.
Il ne faut rien, dit-il en pourſuivant,
Que mettre d'un tel mal la perſonne affligée
Dans la peau d'un Loup tout vivant,
Et ſur l'heure elle en eſt tout-à-fait ſoulagée.
Fort bien, dit le Lion, rien n'eſt plus à chercher:
Voila le Loup qu'on me l'aille écorcher.
Du puiſſant Roi l'ordre terrible
Dans le moment s'executa,
Le Loup parut en un état horrible,
Et le Renard en plaiſanta:
Comment oſes-tu bien paroître
Ainſi tout nu, dit-il, ſans honte & ſans pudeur?
De Cuiſinier tu veux peut-être
Te faire enfin Gladiateur.

" Que ſoit ainſi traitté tout calomniateur,
" Qui ne ſert de ſa puiſſance,
" Que pour opprimer l'innocence.

C.

## *Pater, Filius, & Aſinus.*

PAter ſenex, & gnatus adoleſcentulus
Venalem aſellum ad proximae urbis nundinas
Nulla gravatum prae ſe agebant ſarcina.
Hos intuens qui forte proxime viam
Arabat, irridere coepit ruſticus:
Quod, ut tenellos paedagogi heros ſolent,
Ita ipſi aſellum feriatum ducerent,
Alter ſenex plane, alter adoleſcentulus,
Aetate uterque, cui vehiculo opus foret.
Haec perpulere obnoxium dictis patrem
Uti juberet filium conſcendere.
Ecce alius illis obvius reprehendere

Senem inſtitit quod obſequens nimis pater
Juvenem atque validum filium ſineret vehi,
Iter ipſe pedibus faceret infirmus ſenex.
Haec vera viſa. hic filio juſſo pater
Deſcendere, ipſe inſedit uſque ad tranſitum
Vici ad viam jacentis. ejus incolae
Notare pro ſe quiſque coeperunt ſenem.
Quod adhuc virenti aetate vir, alacer, vigens
Veheretur ipſe; at filium tenellulum,
Per tantum itineris, cogeret pedibus ſequi.
Hanc ille tantam ſuſtinere non valens
Invidiam, aſelli clunibus gnatum jubet
Poſt ſe inſilire, atque onere duplicato vehi.
Ibi tum viator, forte miſericordia
Commotus aſini, Valde, ait, vile hoc tibi eſt
Animal, pater, qui id tam ſiniſtre perdere
Vaſta duorum mole tendis corporum.
His ille tot pugnantibus ſententiis
Diſtractus animum, incertus haeſit conſili:
Quum, non inani, non onuſto tot modis
Aſino, per omnes reprehendentum vices,
Sine lite poſſet, aut querela progredi.
Tandem experiri & hanc quoque placuit viam:
Inter ſupini ut colligatos indito
Pedes aſelli palo, eum ipſi pendulum
Ferrent; ita humeris praegrave attollunt onus.
Tum vero ad illud tam inſolens ſpectaculum
Affuſa multitudo commeantium
Riſu emoriri, inſanum utrumque dicere,
Vexare ſalibus, ſed magis multo ſenem.
Tum denique ille ira impotenti percitus,

Praecipitem aſellum in maximam malam crucem
Ab aggere alto in proximum flumen dedit.

*Plerumque qui placere ſe cunctis ſtudet,*
*Et ſe ipſe laedit, nec ſatis cuiquam placet.*

## C.

### *Un Pere, un Fils, & un Ane.*

UN Pere avec ſon Fils dans un âge encor tendre,
Menoient leur Ane à vuide au marché pour le vendre.
Un Païſan qui proche du chemin
Labouroit un morceau de terre,
Se mit à leur faire la guerre,
Et s'armant d'un rire malin,
On les prendroit, dit-il, pour deux francs Pedagogues
Qui graves, ſuffiſans & rogues,
Suivent leur Ecolier qui marche devant eux:
Plus leur ſeroit avantageux,
N'en deplaiſe à leur politique,
De ſe ſervir de leur Bourique
Qui ſieroit bien à tous les deux.
Le Pere fut touchê de cette remontrance,
Et ſon Fils n'étant pas de forte corpulence,
Il le fit auſſi-tôt monter ſur le Baudet.
Un Paſſant y trouva grandement à redire,
Et loin de n'en faire que rire,

S'offenac

S'offenca de voir un Cadet
Se quarer ſur cette monture,
Pendant qu'un bon Vieillard le ſuivoit de ſon pié.
Il en eut ſi grand pitié,
Et pouſſa ſi loin ſon murmure,
Que le Pere auſſi-tôt fit deſcendre ſon Fils,
Et prit pour lui la bête aſine.
A peine eut-il atteint la Bourgade voiſine,
Que tous les habitans près de leur porte aſſis.
Comme c'eſt l'ordinaire en un beau jour de Fête,
Trouverent fort mauvais qu'il fût ſur une bête,
(Car il étoit encor robuſte & bien diſpos)
Pendant que ſon fils jeune & tendre
Avoit beſoin, plus que lui, de repos;
Le Vieillard fatigué d'entendre
Repeter les mêmes propos
Par tous les habitans qui s'amaſſoient en troupe,
Dit à ſon Fils de lui ſauter en crouppe.
Tous crierent alors, attendris de pitié
De voir un Animal prêt d'étre eſtropié.
Le Vieillard ne ſachant que faire,
Pour contenter tout le vulgaire,
Abatit le Baudet, joignit ſes quatre pieds,
Et les ayant tous enſemble liez
Paſſa per deſſous une gaule,
Que ſon garçon & lui mirent ſur leur épeaule,
Et porterent ainſi ce riſible Animal
Comme un Chandelier de Chriſtal.
Un ſpectacle ſi fou, ſi rare,
Si ridicule & ſi bizare,

Fit

Fit rire les moins emportez,
Juſqu'a s'en tenir les côtez:
Il réjoüit toute la Ville entière,
Et le Vieillard, outrè de cet affront,
Jetta l'Ane dans la rivière
De deſſus le milieu du Pont.

" De plaire à tous quiconque ambitionne.
" Beaucoup ſe peine, & ne plait à perſonne.

FIN.

# INDEX FABULARUM


FAB

I. *Ollae duae, Aenea, & Fictilis.* p. 3
*Les deux Marmites, l'une d'Airain & l'autre d'Argile.* 4
II. *Jupiter, & Minerva.* 6
*Jupiter & Minerve.* 7
III. *Leo, Asimus, & Vulpes.* 9
*Le Lion, l'Ane, & le Renard.* 10
IV. *Asinus, & Lupus.* 12
*L'Ane & le Loup.* 13
V. *Leo mente captus, & Caprea.* 14
*Le Lion enragé & la Chevre.* 15
VI. *Asini duo.* 16
*Les Deux Anes.* 17
VII. *Formica & Cicada.* 18
*La Fourmi & la Cigale.* 19
VIII *Turdi.* 20
*Les Grieves.* 22
IX. *Sus, & Canis.* 23
*Le Pourceau & le Chien.* 24
X. *Senex, & Mors.* 26
*Le Vieillard & la Mort.* 27
XI. *Mergus, Rubus, Vespertilio.* 28
*Le Plongeon, le Buisson, & le Chauve-Souris.* 29
XII. *Cornix, & Canis.* 31
*La Corneille & le Cheine.* 32
XIII. *Corvus, & Mater.* 34
*Le Corbeau & sa Mére.* 35
XIV. *Musca.* 36
*La Mouche.* 37
XV. *Rusticus & Eques.* 38
*Le Paisan & le Cavalier.* 39
XVI. *Equus, & Asinus.* 40
*Le Cheval & l'Ane.* 41
XVII. *Vulpes & Erinaceus.* 42
*Le Renard & le Herisson.* 43
XVIII. *Leo & Vulpes.* 45
*Le Lion & le Renard.* 46
XIX. *Vulpes & Uva.* 47
*Le Renard & les Raisins.* 48
XX. *Corvus & Vulpes.* 49
*Le Corbeau & le Renard.* 50
XXI. *Dies Festus & Profestus.* 51
*Le Jour de Fete & le Jour ouvrier.* 52
XXII. *Pavo & Monedula.* 53
*Le Paon & la Chouette* 54
XXIII. *Cervus, & Hinulus.* 55
*Le Cerf & le Fan.* 56

FAB. p.
XXIV. *Corvus, & Serpens.* 57
*Le Corbeau & le Serpent.* 58
XXV. *Cycnus, & Anser.* 59
*Le Cigne & l'Oye.* 60
XXVI. *Puer, & Scorpius.* 61
*L'Enfant & le Scorpion.* 62
XXVII. *Anguilla, & Serpens.* 63
*L'Anguille & le Serpent.* 64
XXVIII. *Canis & Lupus.* 65
*Le Chiene & le Loup.* 66
XXIX. *Canis, Gallus, & Vulpes.* 68
*Le Chien, le Coq & le Renard.* 69
XXX. *Mulus.* 71
*Le Mulet.* 72
XXXI. *Juvenes duo, & Coquus.* 73
*Deux Jeunes Hommes & un Cuisinier.* 74
XXXII. *Cochleae.* 75
*Les Limaçons.* 76
XXXIII. *Cornix, & Hirundo.* 77
*La Corneille & l'Hirondelle.* 78
XXXIV. *Mercurius, & Statuarius.* 79
*Mercure & un Sculpteur.* 80
XXXV. *Pater, & Filii.* 81
*Le Pere & ses Enfans.* 82
XXXVI. *Simius, & Delphus.* 84
*Le Singe & le Dauphin.* 85
XXXVII. *Ranae duae sitientes.* 87
*Les deux Grenoüilles.* 88
XXXXVIII. *Ranae duae vicinae.* 89
*Les deux Greno illes.* 90
XXXIX. *Auceps, & Cassita.* 91
*L'Oiseleur & l'Alouette.* 92
XL. *Deceptor, & Apollo,* 93
*Le Trompeur & Apollon.* 94
XLI. *Uxor summersa, & Vir.* 95
*La Femme noyée & son Mary.* 96
XLII. *Feles, & Gallus.* 97
*Le Chat & le Cocq.* 98
XLIII. *Asinus, Simius, & Talpa.* 100
*L'Ane, le Singe, & la Taupe.* 101
XLIV. *Vulpes Vota mutans.* 102
*Le Renard qui change de souhaits.* 103
XLV. *Musca & Quadrigae.* 104
*La Moche & les Chevaux de Course.* 105
XLVI. *Pica, & Aves.* 106
*La Pie & les Oiseaux.* 107
XLVII. *Mures.* 108
*Les Rats.* 109

# INDEX FABULARUM.


| FAB. | p. |
|---|---|
| XLVIII. *Avarus.* | 110 |
| *L'Avare.* | 111 |
| XLIX. *Vulpes, & Lupus.* | 112 |
| *Le Loup & le Renard.* | 113 |
| L. *Canna, & Oliva.* | 114 |
| *La Canne & l'Olivier.* | 115 |
| LI. *Asini, & Jupiter.* | 117 |
| *Les Anes & Jupiter.* | 118 |
| LII. *Herus, & Canis.* | 119 |
| *Le Maitre & le Chien.* | 120 |
| LIII. *Canis, & Caro.* | 121 |
| *Le Chien & le morceau de chair.* | 122 |
| LIV. *Asinus, & Aper.* | 123 |
| *L'Ane & le Sanglier.* | 124 |
| LV. *Pullus Asini, & Lupus.* | 125 |
| *L'Asnon, & le Loup.* | 126 |
| LVI. *Lupus, & Grus.* | 127 |
| *Le Loup & la Grue.* | 128 |
| LVII. *Jupiter, & Cochlea.* | 129 |
| *Jupiter & le Limaçon.* | 130 |
| LVIII. *Satyrus, & Homo.* | 131 |
| *Le Satyre & l'Homme.* | 132 |
| LIX. *Mures, & Feles.* | 133 |
| *Les Rats & le Chat.* | 134 |
| LX. *Vulpes, & Aquila.* | 135 |
| *Le Renard & l'Aigle.* | 137 |
| LXI. *Vulpes.* | 139 |
| *Le Renard.* | 140 |
| LXII. *Lignator, & Mercurius.* | 141 |
| *Le Bucheron & Mercure.* | 142 |
| LXIII. *Fullo, & Carbonarius.* | 145 |
| *Le Foulon & le Charbonier.* | 146 |
| LXIV. *Jactator.* | 147 |
| *Le Fanfaron.* | 148 |
| LXV. *Vulpes, & Rubus.* | 149 |
| *Le Renard & la Ronce,* | 150 |
| LXVI. *Vulpes, & Larva.* | 151 |
| *Le Renard & le Masque.* | 152 |
| LXVII. *Canes duo.* | 153 |
| *Les Deux Chiens.* | 154 |
| LXVIII. *Mulier, & Medicus.* | 155 |
| *La Femme & le Medicin.* | 156 |
| LXIX. *Asinus Dominos mutans.* | 157 |
| *L'Ane changeant de Maitre.* | 158 |
| LXX. *Cerva, & Vitis.* | 160 |
| *La Biche & la Vigne.* | 161 |
| LXXI. *Latro, & Mater.* | 163 |
| *La Vouleur & sa Mere.* | 164 |
| LXXII. *Vates.* | 166 |
| *Le Devin.* | 167 |
| LXXIII. *Astrologus.* | 168 |
| *L'Astrologue.* | 169 |
| LXXIV. *Leo, & Vulpes.* | 170 |
| *Le Lion & le Renard.* | 171 |
| LXXV. *Armentarius.* | 173 |
| *Le Bouvier.* | 174 |
| LXXVI. *Lupus, & Mulier.* | 175 |
| *Le Loup & la Femme.* | 176 |
| LXXVII. *Vespertilio, & Mustella.* | 177 |
| *Le Cauve-souris & la Belette.* | 178 |
| LXXVIII. *Aper, & Vulpes.* | 180 |
| *Le Sanglier & le Renard.* | 181 |
| LXXIX. *Gallina, & Hirundo.* | 182 |
| *La Poule & l'Hirondelle.* | 183 |
| LXXX. *Canes duo, & Coquus.* | 184 |
| *Les Deux Chiens & le Cuisinier.* | 185 |
| LXXXI. *Simius, & Vulpes.* | 187 |
| *Le Singe & le Renard.* | 188 |
| LXXXII. *Vulpes, Asinus, & Leo.* | 190 |
| *Le Renard, l'Ane, & le Lion.* | 191 |
| LXXXIII. *Formica.* | 192 |
| *La Fourmi.* | 193 |
| LXXXIV. *Asinus, & Equus.* | 194 |
| *L'Ane & le Cheval.* | 195 |
| LXXXV. *Monedula.* | 196 |
| *La Chouette.* | 197 |
| LXXXVI. *Herus, & Canes.* | 198 |
| *Un Maitre & ses Chiens.* | 199 |
| LXXXVII. *Agnus, & Lupus.* | 200 |
| LXXXVIII. *Asinus, & Vulpes.* | 201 |
| *L'Ane & le Renard.* | 202 |
| LXXXIX. *Asinus, Corvus, & Lupus.* | 203 |
| *L'Ane, le Corbeau, & le Loup.* | 204 |
| XC. *Mercurius.* | 205 |
| *Mercure.* | 206 |
| XCI. *Bubulcus, & Hercules.* | 207 |
| *Le Bouvier & Hercule.* | 208 |
| XCII. *Momus.* | 209 |
| *Momus.* | 210 |
| XCIII. *Arbores, & Rhamnus.* | 212 |
| *Les Arbres & le Pronier sauvage.* | 214 |
| XCIV. *Spes.* | 216 |
| *L'Esperance.* | 217 |
| XCV. *Asinus simulacrum gestans.* | 218 |
| *L'Ane portant une Idole.* | 219 |
| XCVI. *Cassita.* | 220 |
| *L'Aloüette.* | 222 |
| XCVII. *Vulpes, & Simius.* | 225 |
| *Le Renard & le Singe.* | 226 |
| XCVIII. *Rusticus, & Jupiter.* | 227 |
| *Le Paisan & Jupiter.* | 228 |
| XCIX. *Leo, Lupus, & Vulpes.* | 230 |
| *Le Lion, le Loup, & le Renard.* | 232 |
| C. *Pater, Filius, & Asinus.* | 234 |
| *Un Pere, un Fils, & un Ane.* | 236 |